


ORDO MISSÆ

AD USUM FIDELIUM

**cum PRÆPARATIO AD MISSAM
et GRATIARUM ACTIO POST MISSAM
iuxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ**



**Synopsis Ritus Romanus :
1570 [1962] et 1969**

**8 Decembris 2006
Immaculata Concepcione Beatæ Mariæ Virginis**

Nicolás Martín Bayliss

Pro libertate et exaltatione sanctæ Matris Ecclesiæ
Ad gloriam Dei, confusionem Dæmonis et beatitudinem hominis

ORDO MISSÆ

Missale Romanum
anno 1962 promulgatum (Editio princeps 1570)

STANTES

Sacerdos paratus

cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia,

GENUFLEXI

signat se signo crucis a fronte ad pectus, et, nisi peculiari rubrica aliter statuatur, clara voce dicit :

In nomine Patris, et Filii, ☩ et Spiritus Sancti.
Amen.

Deinde, iunctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam :

Introibo ad altare Dei.

Minister respondent : **Ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.**

ORDO MISSÆ

Missale Romanum
anno 1969 promulgatum (Editio Typica Tertia 2002)

ORDO MISSÆ CUM POPULO RITUS INITIALES

STANTES

1. Populo congregato, sacerdos cum ministris ad altare accedit, dum cantus ad introitum peragitur.

[Pro cantu ad introitum adhiberi potest sive antiphona cum suo psalmo in Graduali Romano vel in Graduali simplici extans ; si ad introitum non habetur cantus, antiphona in Missali proposita recitat ab ipso sacerdote, ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 48, notatur].



Cantus ad introitum

Cum altare pervenerit, facta cum ministris debita reverentia, osculo altare veneratur et, pro opportunitate, illud incensat.

Postea cum ministris sedem petit.

STANTES

Cantu ad introitum absoluto, sacerdos et fideles, stantes, signant se, dum sacerdos, ad populum conversus, dicit :

In nomine Patris, et Filii, ☩ et Spiritus Sancti.
Populus respondet : **Amen.**

2. Deinde sacerdos, manus extendens, populum saludat, dicens :

↖ **Dominus vobiscum.**

Populus respondet : **Et cum spiritu tuo.**

Episcopus, loco Dominus vobiscum, in hac prima salutatione dicit : **Pax vobis.**

3. Sacerdos, vel diaconus vel alias minister idoneus, potest brevissimis verbis introducere fideles in Missam illius diei.

GENUFLEXI

Postea alternatim cum Ministris dicit sequentem

Ps. XLII, 1-5

Iudica me, Deus, ←
et discerne causam meam de gente non sancta :
ab homine iniquo et doloso erue me.
R/. Quia tu es, Deus, fortitudo mea :
quare me reppulisti,
et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus ?

V/. Emitte lucem tuam et veritatem tuam :
ipsa me deduxerunt et adduxerunt
in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.
R/. Et introibo ad altare Dei :
ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.

V/. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus :
quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me ?
R/. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi :
salutare vultus mei, et Deus meus.

V/. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. ←
R/. Sicut erat in principio, et nunc, et semper :
et in sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos repetit Antiphonam :

Introibo ad altare Dei. ←
R/. Ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.

¶ In Missis Defunctorum, et in Missis de Tempore a Dominica Passionis usque ad Sabbathum sanctum exclusive, omittitur Psalmus Iudica me, Deus, cum Gloria Patri, et repetitione Antiphonæ, sed dicto In nomine Patris, Introibo, et Adiutorium, fit Confessio.

GENUFLEXI

Signat se, dicens :

V/. Adiutorium ✕ nostrum in nomine Domini.

R/. Qui fecit cælum et terram.

Deinde iunctis manibus profunde inclinatus facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipotenti,
beatæ Mariæ semper Virgini,
beato Michaeli Archangelo,
beato Ioanni Baptistæ,
sanctis Apostolis Petro et Paulo,
omnibus Sanctis,
et vobis, fratres :
quia peccavi nimis
cogitatione, verbo, et opere :
percutit sibi pectus ter, dicens :
mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Ideo precor beatam Mariam semper Virginem,
beatum Michaelem Archangelum,
beatum Ioannem Baptistam,
sanctos Apostolos Petrum et Paulum,
omnes Sanctos,
et vos, fratres, orare pro me
ad Dominum Deum nostrum.

Ministri respondent :

Misereatur tui omnipotens Deus,
et dimissis peccatis tuis,
perducat te ad vitam æternam.

Sacerdos dicit :

Amen, et erigit se.

STANTES

4. Deinde sequitur actus pænitentialis ad quem sacerdos fideles invitat, dicens:

Fratres, agnoscamus peccata nostra,
ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Fit brevis pausa silentii.



GENUFLEXI

Deinde Ministri repetunt Confessionem :

**Confiteor Deo omnipotenti,
beatæ Mariæ semper Virgini,
beato Michaeli Archangelo,
beato Ioanni Baptistæ,
sanctis Apostolis Petro et Paulo,
omnibus Sanctis,
et tibi, pater :
quia peccavi nimis
cogitatione, verbo, et opere :
percutit sibi pectus ter, dicens :
mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.**

**Ideo precor beatam Mariam semper Virginem,
beatum Michaelem Archangelum,
beatum Ioannem Baptistam,
sanctos Apostolos Petrum et Paulum,
omnes Sanctos,
et te, pater, orare pro me
ad Dominum Deum nostrum.**

Postea Sacerdos, iunctis manibus, facit absolutionem, dicens :

Misereatur vestri omnipotens Deus,
et dimissis peccatis vestris,
perducat vos ad vitam æternam.

R/. Amen.

Signat se signo crucis, dicens :

Indulgentiam, ✕ absolutionem,
et remissionem peccatorum nostrorum
tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.
R/. Amen.

STANTES

Postea omnes simul faciunt confessionem :

Confiteor Deo omnipotenti
 ↲
**et vobis, fratres,
quia peccavi nimis
cogitatione, verbo, opere et omissione :
et, percutientes sibi pectus, dicunt :
mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.**

Deinde prosequuntur :
Ideo precor beatam Mariam semper Virginem,
 ↲

**omnes Angelos et Sanctos,
et vos, fratres, orare pro me
ad Dominum Deum nostrum.**

Sequitur absolutio sacerdotis :

Misereatur nostri omnipotens Deus
et, dimissis peccatis nostris,
perducat nos ad vitam æternam.

Populus respondet : **Amen.**

↖

GENUFLEXI

Et inclinatus prosequitur :

V/. Deus, tu conversus vivificabis nos.

R/. Et plebs tua lætabitur in te.

V/. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

R/. Et salutare tuum da nobis.

V/. Domine, exaudi orationem meam.

R/. Et clamor meus ad te veniat.

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Et extendens, ac iungens manus, clara voce dicit :

Oremus,

STANTES (vel genuflexi)

et ascendens ad Altare, dicit secreto :

**Aufer a nobis, quæsumus, Domine, iniquitates nostras :
ut ad Sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire.**

Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Deinde, manibus iunctis super Altare, inclinatus dicit :

Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum,

osculatur Altare in medio

quorum reliquiæ hic sunt, et omnium Sanctorum :

ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

¶ In Missa solemni, Diaconus dicens :

Benedicite, pater reverende.

[5. Formula actus pænitentialis n. 2] :

V/. Miserere nostri, Domine.

R/. Quia peccavimus tibi.

V/. Ostende nobis Domine, misericordiam tuam.

R/. Et salutare tuum da nobis.



Cf. supra (n. 2)



Ab illo bene dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen.

Et accepto thuribulo a Diacono, incensat Altare, nihil dicens. Postea Diaconus, recepto thuribulo a Celebrante, incensat illum tantum.

Deinde Celebrans signans se signo crucis incipit Introitum :

✠ **«Introitus»**



Cf. supra «Cantus ad introitum» (n. 1)

STANTES

STANTES (vel genuflexi)**STANTES**

qua finito, iunctis manibus, alternatim cum Ministris dicit :

S. Kyrie eleison.

M. Kyrie eleison.

S. Kyrie eleison.

M. Christe eleison.

S. Christe eleison.

M. Christe eleison.

S. Kyrie eleison.

M. Kyrie eleison.

S. Kyrie eleison.

[«Post actum pænitentiale incipitur semper Kyrie eleison ; acclamatio quæque de more bis repetitur, maiore tamen numero non excluso, ratione ingenii diversarum linguarum necnon musicæ artis vel rerum adiunctorum», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 52, notatur].

7. Sequuntur invocationes Kyrie, eleison, nisi iam præcesserint in aliqua formula actus pænitentialis.

V/. Kyrie eleison.

R/. Kyrie eleison.



V/. Christe eleison.

R/. Christe eleison.

V/. Kyrie eleison.

R/. Kyrie eleison.



STANTES (vel genuflexi)

Postea in medio Altaris extendens et iungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum est, Gloria in excelsis Deo, et prosequitur iunctis manibus.

Gloria in excelsis Deo
et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
Laudamus te,
benedicimus te,
adoramus te,
glorificamus te.
gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.
Domine Deus, Rex cælestis,
Deus Pater omnipotens.
Domine Fili unigenite, Iesu Christe,
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,
qui tollis peccata mundi, miserere nobis ;
qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.
Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus,
tu solus Altissimus,
Iesu Christe, cum ☩ Sancto Spiritu : in gloria Dei Patris.
Amen.

Cum dicit Adoramus te, Gratias agimus tibi, et Iesu Christe, et Suscipe deprecationem, inclinat caput ; et in fine dicens : Cum Sancto Spiritu signat se a fronte ad pectus.

Deinde osculatur Altare in medio, et versus ad populum dicit :

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Postea dicit

Oremus.

et Orationes, unam aut plures, ut ordo Officii postulat.

«Collecta[e]»

Per omnia sæcula sæculorum.

R/. Amen.

STANTES

8. Deinde, quando præscribitur, cantatur vel dicitur hymnus :

Gloria in excelsis Deo
et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
Laudamus te,
benedicimus te,
adoramus te,
glorificamus te,
gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam,
Domine Deus, Rex cælestis,
Deus Pater omnipotens.
Domine Fili unigenite, Iesu Christe,
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,
qui tollis peccata mundi, miserere nobis ;
qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.
Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus,
tu solus Altissimus,
Iesu Christe, cum Sancto Spiritu : in gloria Dei Patris.
Amen.

9. Quo hymno finito, sacerdos, manibus iunctis, dicit :

Oremus.

Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant. Tunc sacerdos, manibus extensis, dicit orationem ;

↔

«Collecta»

↔

qua finita, populus acclamat : **Amen.**

SEDENTES (vel genuflexi)

Sequitur Epistola,

Lectio Epistolæ Beati N...

«Epistola»

R/. Deo gratias.

Graduale,

«Graduale»

SEDENTES (vel genuflexi)

Tractus vel Alleluia cum Versu, aut Sequentia, prout Tempus aut qualitas Missæ postulat.

«Alleluia» cum Versu

vel
[cum]

«Tractus»

«Sequentia»

His finitis, si est Missa solemnis, Diaconus librum Evangeliorum deponit super medium Altaris, et Celebrans benedicit incensum, ut supra :

Benedicte, pater reverende.

Celebrans, benedicit incensum, dicens :

Ab illo bene dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen.

SEDENTES

LITURGIA VERBI

10. Deinde lector ad ambonen pergit, et legit primam lectionem, quam omnes sedentes auscultant.

Lectio Libri ...

«Lectio Prima»

Ad finem lectionis significandam, lector subdit : Verbum Domini.

Omnis acclamat : Deo gratias.

11. Psalmista seu cantor, psalmum dicit, populo responsum proferente.

[«Loco psalmi in lectionario assignati cani potest etiam vel responsoriū graduale e Graduali Romano, vel psalmus responsoriū aut alleluiaiticus e Graduali simplici, sicut in his libris describuntur», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 61, notatur].

↔ «Psalmus Responsorius»

vel «Psalmus Graduale»

12. Postea, si habenda sit secunda lectio, lector eam in ambonen legit, ut supra.

Lectio Epistolæ Beati N...

↖ Secunda Lectio

Ad finem lectionis significandam, lector subdit : Verbum Domini.

Omnis acclamat : Deo gratias.

STANTES

13. Sequitur Alleluia, vel alter cantus.

↖ [«Sequentia»]

«Alleluia»

«Versus» ante Evangelium
«Psalmus» «Tractus»

14. Interim sacerdos incensum, si adhibetur, imponit.

STANTES

Deinde Diaconus genuflexus ante Altare, manibus iunctis, dicit :

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus,
qui labia Isaiæ Prophetæ calculo mundasti ignito :
ita me tua grata miseratione dignare mundare,
ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare.
Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Postea accipit librum de Altari, et rursus genuflexus petit benedictionem a sacerdote, dicens :

Iube, domne benedicere.

Sacerdos respondet :

Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis :
ut digne et competenter annunties Evangelium suum :
In nomine Patris, et Filii, ✠ et Spiritus Sancti.
Amen.

Et, accepta benedictione, osculatur manum Celebrantis : et cum aliis Ministris, incenso et luminaribus accedens ad locum Evangelii, stans iunctis manibus, dicit :

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Et pronuntians :

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum N., sive Initium, pollice dexteræ manus signat librum in principio Evangelii, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore, et pectore :

et dum Ministri respondent : **Gloria tibi, Domine**, incensat ter librum, postea prosequitur Evangelium iunctis manibus.

«Evangelium»

[Quo finito, respondet Minister : **Laus tibi, Christe!**]

Quo finito, Subdiaconus defert librum Sacerdoti, qui osculatur Evangelium, dicens :

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Deinde Sacerdos incensatur a Diacono.

STANTES

Postea diaconus,



Evangelium prolatus, ante sacerdotem inclinatus, benedictionem petit, submissa voce dicens :

Iube, domne, benedicere.

Sacerdos submissa voce dicit :

Dominus sit in corde meo et in labiis tuis :
ut digne et competenter annunties Evangelium suum :
in nomine Patris, et Filii, ✠ et Spiritus Sancti.

Diaconus respondet : Amen.

15. Postea diaconus, vel sacerdos, ad ambonem pergit, ministris pro opportunitate cum incenso et cereis eum comitantibus, et dicit :

Dominus vobiscum.

Populus respondet : **Et cum spiritu tuo.**

Diaconus, vel sacerdos :

✠ Lectio sancti Evangelii secundum N.

Et interim signat librum et seipsum in fronte, ore et pectore.

Populus acclamat : **Gloria tibi, Domine.** Deinde diaconus, vel sacerdos, librum, si incensum adhibetur, thurificat, evangelium proclamat.



«Evangelium»

16. Expleto Evangelium, diaconus, vel sacerdos dicit : **Verbum Domini.**

Omnibus acclamantibus : **Laus tibi, Christe.**

Deinde librum osculatur dicens secreto :

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

STANTES

Si vero Sacerdos sine Diacono et Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu Altaris, inclinatus in medio, iunctis manibus dicit :

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus,
qui labia Isaiæ Prophetæ calculo mundasti ignito :
ita me tua grata miseratione dignare mundare,
ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare.
Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Iube, Domine, benedicere.

Dominus sit in corde meo et in labiis meis :
ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum.
Amen.

Deinde, conversus ad librum, iunctis manibus, dicit :

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Et pronuntians :

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum N., sive Initium, signat librum, et se in fronte, ore, et pectore, et legit Evangelium, ut dictum est.

[Ministri respondent **Gloria tibi, Domine**, incensat ter librum, postea prosequitur Evangelium iunctis manibus].

«Evangelium»

Quo finito, respondet Minister : **Laus tibi, Christe**,

et Sacerdos osculatur Evangelium, dicens :

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

¶ In Missis Defunctorum dicitur Munda cor meum sed non petitur benedictio, non deferuntur liminaria, nec celebrans osculatur librum.

STANTES

Si vero non adest diaconus, sacerdos ante altare inclinatus secreto dicit :

Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus,
↔
ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare.
↔
↔

15. Postea diaconus, vel sacerdos, ad ambonem pergit, ministris pro opportunitate cum incenso et cereis eum comitantibus, et dicit :

Dominus vobiscum.

Populus respondet : **Et cum spiritu tuo.**

Diaconus, vel sacerdos :

✠ Lectio sancti Evangelii secundum N.

Et interim signat librum et seipsum in fronte, ore et pectore.

Populus acclamat : **Gloria tibi, Domine.** Deinde diaconus, vel sacerdos, librum, si incensum adhibetur, thurificat, evangelium proclamat.

↔
«Evangelium»

16. Expleto Evangelium, diaconus, vel sacerdos dicit : **Verbum Domini.**

Omnibus acclamantibus : **Laus tibi, Christe.**

Deinde librum osculatur dicens secreto :

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

SEDENTES

STANTES (et genuflexi)

Deinde ad medium Altaris extendens, elevans et iungens manus, dicit, si dicendum est, Credo in unum Deum, et prosequitur iunctis manibus.

Credo in unum Deum,

**Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ,
visibilium omnium et invisibilium.**

**Et in unum Dominum Iesum Christum,
Filium Dei unigenitum,
et ex Patre natum ante omnia sæcula.**

**Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero,
genitum, non factum, consubstantiale Patri :
per quem omnia facta sunt.**

**Qui propter nos homines et propter nostram salutem
descendit de cælis.**

Hic genuflectitur

**Et incarnatus est de Spiritu Sancto
ex Maria Virgine, et homo factus est.**

**Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato ;
passus, et sepultus est,
et resurrexit tertia die secundum Scripturas,
et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria,
iudicare vivos et mortuos,
cuius regni non erit finis.**

**Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem :
qui ex Patre Filioque procedit.**

**Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur :
qui locutus est per prophetas.**

**Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.
Et exspecto resurrectionem mortuorum,
et **ꝝ** vitam venturi sæculi. Amen.**

SEDENTES

17. Deinde fit homilia, quæ habenda est omnibus diebus dominicis et festis de præcepto ; aliis diebus commendatur.

STANTES (et inclinanti vel genuflexi)

18. Homilia expleta, fit, quando præscribitur, professio fidei :

Credo in unum Deum,

**Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ,
visibilium omnium et invisibilium.**

**Et in unum Dominum Iesum Christum,
Filium Dei unigenitum,
et ex Patre natum ante omnia sæcula.**

**Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero,
genitum, non factum, consubstantiale Patri :
per quem omnia facta sunt.**

**Qui propter nos homines et propter nostram salutem
descendit de cælis.**

Ad verba quæ sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant :

**Et incarnatus est de Spiritu Sancto
ex Maria Virgine, et homo factus est.**

**Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato ;
passus et sepultus est,
et resurrexit tertia die, secundum Scripturas,
et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria,
iudicare vivos et mortuos,
cuius regni non erit finis.**

**Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem :
qui ex Patre Filioque procedit.**

**Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur :
qui locutus est per prophetas.**

**Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.
Et exspecto resurrectionem mortuorum,
et vitam venturi sæculi. Amen.**

STANTES

Cum dicit Deum, caput Crucis inclinat : quod similiter facit, cum dicit Iesum Christum, et simul adoratur. **Ad illa autem verba** Et incarnatus est, genuflectit usque dum dicatur. Et homo factus est. In fine ad Et vitam venturi saeculi, signat se signo crucis a fronte ad pectus.

Deinde osculatur Altare, et versus ad populum dicit :

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Postea dicit :

Oremus

STANTES

[«Ad verba Et incarnatus est, etc. omnes profunde se inclinant ; in sollemnitatibus vero Annuntiationis et Nativitatis Domini genua flectunt», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 137, notatur].



20. Deinde fit oratio universalis, seu oratio fidelium.

FORMULA GENERALIS ORATIONIS FIDELIUM

Ad Deum Patrem omnipotentem, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, tota mentis nostrae, fratres carissimi, dirigatur oratio.

1. Pro Ecclesia sancta Dei ; ut eam Dominus custodire et fovere dignetur, Dominum deprecemur.

R/. Præsta, omnipotens Deus.

2. Pro totius orbis populis ; ut inter eos Dominus concordiam servare dignetur, Dominum deprecemur.

R/. Præsta, omnipotens Deus.

3. Pro omnibus qui variis premuntur necessitatibus ; ut omnes Dominus sublevare dignetur, Dominum deprecemur.

R/. Præsta, omnipotens Deus.

4. Pro nobis metipsis ac pro nostra communitate ; ut nos omnes Dominus hostiam sibi acceptabilem admittere dignetur, Dominum deprecemur.

R/. Præsta, omnipotens Deus.

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, et præsta, ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum.

R/. Amen.

LITURGIA EUCHARISTICA

1. PRÆPARATIO DONORUM

et Offertorium.

21. His absolutis, incipit cantus ad offertorium.

[Pro cantu ad offertorium adhiberi potest sive antiphona cum suo psalmo in Graduali Romano vel in Graduali simplici exstans ; [si ad offertorium non habetur cantus, antiphona in Missali proposita recitatur ab ipso sacerdote], ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 74, notatur].

«Offertorium»



«Cantus ad offertorium»

Quo dicto, si est Missa solemnis, diaconus porrigit Celebranti Patenam cum Hostia :

Interim ministri corporale, purificatorium, calicem et missale in altare collocant.

22. Expedit ut fideles participationem suam oblatione manifestent, afferendo sive panem et vinum ad Eucharistiæ celebrationem, sive alia dona, quibus necessitatibus Ecclesiæ et pauperum subveniantut.

[«Cantus potest semper ritus ad offertorium sociare, etiam sine processione cum donis», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 74, notatur].

SEDENTES (vel genuflexi)

Si privata, Sacerdos ipse accipit Patenam cum Hostia, quam offerens, dicit :

Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus,
hanc immaculatam hostiam,
quam ego indignus famulus tuus
offerо tibi Deo meo vivo et vero,
pro innumerabilibus peccatis,
et offensionibus, et negligentиis meis,
et pro omnibus circumstantibus,
sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis :
ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde faciens crucem cum eadem Patena, deponit Hostiam super Corporale.

Diaconus ministrat vinum, Subdiaconus aquam in Calice : vel si privata est Missa, utrumque infundit Sacerdos, et aquam miscendam in Calice benedicit signo crucis, dicens :

Deus, ✕ qui humanæ substantiæ
dignitatem mirabiliter condidisti,
et mirabilius reformasti : da nobis
per huius aquæ et vini mysterium,
eius divinitatis esse consortes,
qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps,
Iesus Christus Filius tuus Dominus noster :
Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus :
per omnia sæcula sæculorum. Amen.

¶ In Missis Defunctorum dicitur prædicta Oratio : sed aqua non benedicitur.

SEDENTES

23. Sacerdos, stans ad altare, accipit patenam cum panem, eamque aliquantulum elevatam super altare tenet, secreto dicens :

Benedictus es, Domine, Deus universi,
quia de tua largitate accepimus panem,
quem
tibi offerimus,
fructum terræ

et operis manuum hominum :
ex quo nobis
fiet panis vitæ.

Deinde deponit patenam cum pane super corporale.

Si vero cantus ad offertorium non peragitur, sacerdoti licet hæc verba elata voce proferre ; in fine populus acclamare potest : Benedictus Deus in sæcula.

24. Diaconus, vel sacerdos, infundit vinum et parum aquæ in calicem, dicens secreto:

← Cf. infra «**Præfatio communis II**» (n. 73)

Per huius aquæ et vini mysterium
eius efficiamur divinitatis consortes,
qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps.

←

SEDENTES (vel genuflexi)

Postea accipit Calicem, et offert dicens :

Offerimus tibi, Domine,
calicem salutaris,
tuam deprecantes clementiam :
ut in conspectu divinæ maiestatis tuæ,
pro nostra et totius mundi salute,
cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Deinde facit signum crucis cum Calice, et illum ponit super Corporale, et Palla cooperit :

tum, iunctis manibus super Altare, aliquantulum inclinatus, dicit :

In spiritu humilitatis et in animo contrito
suscipiamur a te, Domine :
et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie,
ut placeat tibi, Domine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas iungens, elevatis ad cælum oculis
et statim dimissis, dicit :

Veni, sanctificator omnipotens æterne Deus :
Benedictus Oblata prosequendo :
et bene dic hoc sacrificium,
tuo sancto nomini præparatum.

SEDENTES

25. Postea sacerdos accipit calicem, eamque aliquantulum elevatam super altare tenet, secreto dicens :

Benedictus es, Domine, Deus universi,
quia de tua largitate accepimus vinum,
quod
tibi offerimus,
fructum vitis

et operis manuum hominum,
ex quo nobis
fiet potus spiritualis.

Deinde calicem super corporale deponit.

Si vero cantus ad offertorium non peragitur, sacerdoti licet hæc verba elata voce proferre ; in fine populus acclamare potest : Benedictus Deus in sæcula.

26. Postea sacerdos, inclinatus, dicit secreto :

In spiritu humilitatis et in animo contrito
suscipiamur a te, Domine :
et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie,
ut placeat tibi, Domine Deus.



SEDENTES (vel genuflexi)

Postea, si solemniter celebrat, benedicit incensum, dicens :

Per intercessionem beati Michaelis Archangeli,
stantis a dextris altaris incensi,
et omnium electorum suorum,
incensum istud dignetur Dominus bene[†] dicere,
et in odorem suavitatis accipere.
Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

Et accepto thuribulo a Diacono, incensat Oblata, modo in Rubricis generalibus præscriptum, dicens :

Incensum istud
a te benedictum
ascendat ad te, Domine :
et descendat super nos misericordia tua.

Deinde incensat Altare, dicens :

Ps. CXL, 2-4

Dirigatur, Domine,
oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo :
elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Pone, Domine, custodiam ori meo,
et ostium circumstantiæ labiis meis :
ut non declinet cor meum in verba malitiæ,
ad excusandas excusationes in peccatis.

Dum reddit thuribulum Diacono, dicit :

Accendat in nobis Dominus ignem sui amoris,
et flamمام æternæ caritatis. Amen.

Postea incensatur Sacerdos a Diacono,

STANTES

deinde alii per ordinem.

SEDENTES

27. Et, pro opportunitate,

[←]

incensat oblata

[←]

et altare.

[←]

[←]

Postea vero diaconus vel minister incensat sacerdotem

STANTES


et populum.

[Deinde sequitur Lavabo, p. 17].

ORDO INCENSATIONIS ALTARIS

IUXTA RUBRICAS MISSALIS ROMANI
(Ritus servandus in celebratione Missæ, VII, 10)

In modum crucis



1. Incensum
2. istud
3. a te
4. benedictum
5. ascendat
6. ad te, Domine

In modum circuli



7. et descendat
super nos
8. misericordia
9. tua.

DE INCENSATIONE


(Institutio generalis Missalis Romani, cap. IV, IV, 277)

Oblata incensat sacerdos tribus ductibus thuribuli,
ante incensationem crucis et altaris,
vel signum crucis super oblata thuribulo producens.

ORDO INCENSATIONIS ALTARIS


IUXTA RUBRICAS MISSALIS ROMANI

(Ritus servandus in celebratione Missæ, IV, 4, 5 et VII, 10)



Si in altari non adsunt reliquiae seu imagines Sanctorum, omittitur earum incensatio, quæ indicatur sub nn. 4, 5, 6, 7 (Ritus servandus, IV, 5) et statim, incensata cruce (nn. 1, 2, 3), proceditur ad incensandum altare per ordinem nn. 8, 9, etc. ad 29.

ORDO INCENSATIONIS ALTARIS QUOD COMMODE CIRCUIRI POTEST



Præmissa crucis (et reliquiarum seu imaginum) incensatione, fiunt 22 ductus, quorum nn. 1-3 et 14-16 supra mensam altaris, nn. autem 4-13 et 17-22 infra et ex latere.

DE INCENSATIONE

(Institutio generalis Missalis Romani, cap. IV, IV, 277)

Altare incensatur singulis ictibus hoc modo :

- si altare est a pariete seiunctum, sacerdos illud circumeundo incensat ;
- si vero altare non est a pariete seiunctum, sacerdos transeundo incensat primo partem dexteram, deinde partem sinistram.

SEDENTES (vel genuflexi)

Interim Sacerdos lavat manus dicens :

Ps. XXV, 6-12

Lavabo inter innocentes manus meas :
et circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis,
et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuæ
et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam,
et cum viris sanguinum vitam meam :

In quorum manibus iniquitates sunt :
dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum :
redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo :
in ecclesiis benedic te, Domine.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper :
et in sæcula sæculorum. Amen.

¶ In Missis Defunctorum, et Tempore Passionis in Missis de Tempore omittitur Gloria Patri.

SEDENTES

28. Deinde sacerdos, stans ad latus altaris, lavat manus, dicit secreto :

[Ps 51 (Vg 50), 4]

Lava me,
Domine,

ab iniuitate mea,
et a peccato meo
munda me.



SEDENTES (vel genuflexi)

Deinde, aliquantulum inclinatus in medio Altaris, iunctis manibus super eo, dicit :

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis et ascensionis Iesu Christi, Domini nostri : et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Ioannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum : ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem : et illi pro nobis intercedere dignetur in cælis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdem Christum, Dominum nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, et versus ad populum extendens, et iungens manus, voce paululum elevata, dicit :

Orate fratres :

ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Minister, seu circumstantes respondent : alioquin ipsem Sacerdos :

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis (*vel meis*)
ad laudem et gloriam nominis sui,
ad utilitatem quoque nostram,
totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

Sacerdos submissa voce dicit : **Amen.**

SEDENTES (vel genuflexi)

Deinde, manibus extensis, absolute sine

Oremus

subiungit Orationes secretas.

«Oratio[nes] secreta[e]»

Quibus finitis, cum pervenerit ad conclusionem, clara voce dicit :

Per omnia sæcula sæculorum, *cum Præfatione*, ut in sequentibus.

R/. Amen.

SEDENTES



29. Stans postea in medio altaris, versus ad populum, extendens et iungens manus, dicit :

Orate, fratres :

ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Populus respondet :

Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ←
ad laudem et gloriam nominis sui,
ad utilitatem quoque nostram
totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.



STANTES

30. Deinde, manibus extensis, sacerdos dicit



orationem super oblata ;



«Oratio super oblata»



qua finita, populus acclamat : **Amen.**

2. PREX EUCHARISTICA

Præfationem incipit ambabus manibus positis hinc inde super Altare :

Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

quas aliquantulum elevat, cum dicit :

Sursum corda.

R/. Habemus ad Dominum.

Iungit eas ante pectus, et caput inclinat, cum dicit

Gratias agamus Domino Deo nostro.

R/. Dignum et iustum est.

Deinde disiungit manus, et disiunctas tenet usque ad finem Præfationis :

31. Tunc sacerdos incipit Precem Eucaristicam. Manus extendens, dicit :

Dominus vobiscum.

Populus respondet : **Et cum spiritu tuo.**

Sacerdos, manus elevans, prosequitur :

Sursum corda.

Populus respondet : **Habemus ad Dominum.**

Sacerdos, manibus extensis, subdit :

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Populus respondet : **Dignum et iustum est.**

Sacerdos prosequitur præfationem manibus extensis.

32. In omnibus Missis licet sacerdoti celebranti illas partes Precis eucharisticæ, quæ in Missis concelebrantis cantari possunt.

In Prece eucharistica prima, seu Canone Romano, ea quæ inter uncos includuntur omitti possunt.

[«Electio inter Preces eucharisticas, quae in Ordine Missae inveniuntur, his normis opportune regitur : Prex eucharistica prima, seu Canon romanus, qui semper adhiberi potest, opportunius profertur diebus quibus assignantur Communicantes propria, aut in Missis quae Hanc igitur propriis ditantur, necnon in celebrationibus Apostolorum et Sanctorum, quorum mentio fit in ipsa Prece ; itemque diebus dominicis», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 365, notatur].

PRÆFATIO DE NATIVITATE DOMINI

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de Nativitate Domini et de eiusdem octava, necnon in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis ;
- b) tamquam de Tempore, infra octavam Nativitatis Domini, etiam in Missis quæ secus præfationem propriam haberent, exceptis iis Missis quæ præfationem propriam de divinis mysteriis vel Personis habent ; et a die 2 ad 5 ianuarii.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

Quia per incarnati Verbi mysterium,
nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit
ut, dum visibiliter Deum cognoscimus,
per hunc in invisibilium amorem rapiamur.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

PRÆFATIO I DE NATIVITATE DOMINI**De Christo luce**

35. Sequens præfatio dicitur
in Missis de Nativitate Domini et de eiusdem octava,
infra octavam Nativitatis Domini, etiam in Missis, quæ secus præfationem propriam
haberent, exceptis Missis quæ præfationem propriam de divinis mysteriis vel Personis
habent, et in fériis temporis Nativitatis.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Quia per incarnati Verbi mysterium
nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit :
ut, dum visibiliter Deum cognoscimus,
per hunc in invisibilium amorem rapiamur.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

Quando adhibetur Canon Romanus, dicitur Communicantes proprium, ut infra.

In Missa quæ celebratur in Vigilia et in nocte Missa Nativitatis Domini dicitur : et
noctem sacratissimam celebrantes, qua, etc. ; deinde semper dicitur : et diem
sacratissimum celebrantes, quo, etc., usque ad octavam Nativitatis Domini inclusive.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO DE EPIPHANIA DOMINI

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de festo Epiphaniæ et de Commemoratione Baptismatis D.N. Iesu Christi ;
- b) tamquam de Tempore diebus a 7 ad 13 ianuarii.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus.

Quia, cum Unigenitus tuus

in substantia nostræ mortalitatis apparuit,
nova nos immortalitatis suæ luce reparavit.

Et ideo, cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis.

PRÆFATIO DE EPIPHANIA DOMINI

De Christo lumine gentium

38. Sequens præfatio dicitur :
in Missis de sollemnitate Epiphaniæ et de festo Baptismi D. N. Iesu Christi ;

diebus post Epiphaniam usque ad sabbatum, quod præcedit festum Baptismi Domini.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Quia ipsum in Christo salutis nostræ mysterium
hodie ad lumen gentium revelasti,
et cum in substantia nostræ mortalitatis apparuit,
nova nos immortalitatis suæ luce reparasti.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis.

In sollemnitate Epiphaniæ, quando adhibetur Canon Romanus, dicitur Communicantes proprium, ut infra.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO DE QUADRAGESIMA

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de Tempore a feria IV cinerum usque ad sabbatum ante dominicam I Passionis ;
- b) tamquam de Tempore in ceteris Missis quæ celebrantur eodem tempore, et præfatione propria carent.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus.

Qui corporali ieunio vitia comprimis, mentem elevas,
virtutem largiris et præmia :
per Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☧ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

PRÆFATIO IV DE QUADRAGESIMA

De fructibus abstinentiæ

41. Sequens præfatio dicitur in Missis de feriis Quadragesimæ et in diebus ieunii.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Qui corporali ieunio vitia comprimis, mentem elevas,
virtutem largiris et præmia :
per Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[*Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20.*]

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO DE SANCTA CRUCE

PRÆFATIO DE S. CRUCE

De Victoria Crucis gloriosæ

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de Tempore a dominica I Passionis usque ad feriam V in Cena Domini ; in Missis tam festivis quam votivis de Sancta Cruce, de Passione Domini et instrumentis Passionis Domini, de pretiosissimo Sanguine D.N. Iesu Christi, de Ss.mo Redemptore ;
- b) tamquam de Tempore in omnibus Missis a dominica I Passionis usque ad feriam IV Hebdomadæ sanctæ, quæ præfatione propria carent.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus.

Qui salutem humani generis in ligno Crucis constituisti :
ut unde morte oriebatur, inde vita resurgeret :
et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur :
per Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti,
ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret ;
et, qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur :
per Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO PASCHALIS

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de Tempore a Missa Vigiliæ paschalis usque ad Vigiliam Ascensionis Domini ;
- b) tamquam de Tempore in ceteris Missis quæ celebrantur eodem tempore, et præfatione propria carent.

In Missa Vigiliæ paschalis dicitur : in hac potissimum nocte ; **a die autem Paschæ usque ad sabbatum in albis inclusive** : in hac potissimum die ; **alias** : in hoc potissimum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare :

Te quidem Domine omni tempore,
sed in hac potissimum die
(vel in hoc potissimum) gloriosius prædicare,
cum Pascha nostrum immolatus est Christus.

Ipse enim verus est Agnus,
qui abstulit peccata mundi.
Qui mortem nostram moriendo destruxit,
et vitam resurgendo reparavit.

Et ideo, cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

De mysterio paschali

45. Sequens præfatio dicitur tempore paschali.

In Missa Vigiliæ paschalis dicitur : in hac potissimum nocte ; **a die Paschæ et per totam octavam** : in hac potissimum die ; **alias** : in hoc potissimum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare :

Te quidem, Domine, omni tempore confiteri,
sed in hac potissimum nocte **(die)** gloriosius prædicare,
(sed in hoc potissimum gloriosius prædicare,)
cum Pascha nostrum immolatus est Christus.

Ipse enim verus est Agnus
qui abstulit peccata mundi.
Qui mortem nostram moriendo destruxit,
et vitam resurgendo reparavit.

Quapropter, profusis paschalibus gaudiis,
totus in orbe terrarum mundus exultat.
Sed et supernæ virtutes atque angelicæ potestates
hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

Quando adhibetur Canon Romanus, dicuntur **Communicantes** et **Hanc igitur** propria.

Et dicuntur a Missa Vigiliæ paschalis usque ad sabbatum in albis inclusive. In Missa autem Vigilia ; paschalis dicitur : **et noctem sacratissimam celebrantes**.

[**Deinde sequitur** Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

PRÆFATIO DE ASCENSIONE DOMINI

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in festo Ascensionis Domini ;
- b) tamquam de Tempore in omnibus Missis a feria VI post Ascensionem usque ad feriam VI ante vigiliam Pentecostes, quæ præfatione propria parent.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare :
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

Qui post resurrectionem suam
omnibus discipulis sui manifestus apparuit,
et ipsis cernentibus est elevatus in cælum,
ut nos divinitatis suæ tribueret esse participes.

Et ideo, cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

STANTES

PRÆFATIO II DE ASCENSIONE DOMINI

De mysterio Ascensionis

50. Sequens præfatio dicitur :
in die Ascensionis Domini ;
in omnibus Missis diebus post Ascensionem usque ad sabbatum ante Pentecosten, quæ præfatione propria parent.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

Qui post resurrectionem suam
omnibus discipulis suis manifestus apparuit,
et ipsis cernentibus est elevatus in cælum,
ut nos divinitatis suæ tribueret esse participes.

Quapropter, profusis paschalibus gaudiis,
totus in orbe terrarum mundus exultat.
Sed et supernæ virtutes atque angelicæ potestates
hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

In die Ascensionis, quando adhibetur Canon romanus, dicitur Communicantes proprium, ut infra.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

PRÆFATIO DE SACRATISSIMO CORDE IESU

Sequens præfatio dicitur in Missis festivis et votivis de Sacratissimo Corde Iesu.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

Qui Unigenitum tuum in cruce
pendentem lancea militis transfigi voluisti,

ut apertum Cor, divinæ largitatis sacrarium,
torrentes nobis funderet miserationis et gratiæ,
et, quod amore nostri flagrare numquam destitit,
piis esset requies et pœnitentibus pateret salutis refugium.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cælestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ✕ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

STANTES

PRÆFATIO DE SACRATISSIMO CORDE IESU

De immensa caritate Christi

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

Qui, mira caritate, exaltatus in cruce,
pro nobis tradidit semetipsum,
atque de transfixo latere sanguinem fudit et aquam,
ex quo manarent Ecclesiæ sacramenta,
ut omnes, ad Cor apertum Salvatoris attracti,
↙

iugiter haurirent e fontibus salutis in gaudio.

Et ideo, cum Sanctis et Angelis universis,
↙

te collaudamus.
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[**Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20.**]

STANTES (vel genuflexi)

**PRÆFATIO DE
D.N. IESU CHRISTO REGE**

Sequens præfatio dicitur in Missis festivis et votivis de D.N. Iesu Christo Rege.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

Qui unigenitum Filium tuum
Dominum nostrum Iesum Christum,
Sacerdotem æternum et universorum Regem,
oleo exultationis unxisti :
ut, seipsum in ara crucis
hostiam immaculatam et pacificam offerens,
redemptionis humanæ sacramenta perageret :
et, suo subiectis imperio omnibus creaturis,
æternum et universale regnum
immensæ tuæ traderet Maiestati :
regnum veritatis et vitæ ;
regnum sanctitatis et gratiæ ;
regnum iustitiæ, amoris et pacis.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

**Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ✕ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.**

STANTES

**PRÆFATIO DE
D. N. IESU CHRISTO UNIVERSORUM REGE**

De D. N. Iesu Christo universorum Rege

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Qui Unigenitum Filium tuum,
Dominum nostrum Iesum Christum,
Sacerdotem æternum et universorum Regem,
oleo exultationis unxisti :
ut, seipsum in ara crucis
hostiam immaculatam et pacificam offerens,
redemptionis humanæ sacramenta perageret :
et, suo subiectis imperio omnibus creaturis,
æternum et universale regnum
immensæ tuæ traderet maiestati :
regnum veritatis et vitæ ;
regnum sanctitatis et gratiæ ;
regnum iustitiæ, amoris et pacis.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cœlestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes :

**Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis. [Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].**

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO DE SPIRITU SANCTO

PRÆFATIO I DE SPIRITU SANCTO

De missione Spiritus a Domino in Ecclesiam

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de Tempore a vigilia Pentecostes usque ad subsequentem sabbatum et in Missis festivis et votis de Spiritu Sancto ;
- b) tamquam de Tempore in ceteris Missis quæ celebrantur eodem tempore, et præfatione propria carent.

Extra vigiliam et octavam Pentecostes omittuntur verba : hodierna die.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

Qui ascendens super omnes cælos,
sedensque ad dexteram Patris,
promissum Spiritum Sanctum (hodierna die)
in filios adoptionis effudit.

Quapropter profusis gaudiis,
totus in orbe terrarum mundus exultat.
Sed et supernæ Virtutes, atque angelicæ Potestates,
hymnum gloriæ tuæ concinunt,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

Qui, ascendens super omnes cælos,
sedensque ad dexteram tuam,
promissum Spiritum Sanctum (←)
in filios adoptionis effudit.

Quapropter nunc et usque in sæculum,
←
cum omni militia Angelorum,
devota tibi mente concinimus,
clamantes atque dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

PRÆFATIO DE SANCTISSIMA TRINITATE

Sequens præfatio dicitur :

- a) tamquam propria, in Missis de festo et votivis Ss.mæ Trinitatis ;
- b) tamquam de Tempore in dominicis Adventus, et in omnibus dominicis II classis, extra tempus natalicium et paschale.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto,
unus es Deus, unus es Dominus :
non in unius singularitate personæ,
sed in unius Trinitate substantiæ.

Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus :
hoc de Filio tuo,
hoc de Spiritu Sancto,
sine differentia discretionis sentimus.

Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis,
et in personis proprietas,
et in essentia unitas,
et in maiestate adoretur æqualitas.

Quam laudant Angeli atque Archangeli,
Cherubim quoque ac Seraphim :
qui non cessant clamare cotidie, una voce dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

PRÆFATIO DE SS.MA TRINITATE

De mysterio Sanctissimæ Trinitatis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Qui cum Unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto
unus es Deus, unus es Dominus :
non in unius singularitate personæ,
sed in unius Trinitate substantiæ.

Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus,
hoc de Filio tuo,
hoc de Spiritu Sancto,
sine discretione sentimus.

Ut, in confessione veræ sempiternæque Deitatis,
et in personis proprietas,
et in essentia Unitas,
et in maiestate adoretur æqualitas.

Quem laudant Angeli atque Archangeli,
Cherubim quoque ac Seraphim,
qui non cessant clamare cotidie, una voce dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis. [Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

PRÆFATIO DE BEATA MARIA VIRGINE

Sequens præfatio dicitur in Missis festivis et votivis beatæ Mariæ Virginis, præterquam in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis.

Dicitur autem *vel* Et te in Annuntiatione, *vel* Visitatione, *vel* Assumptione, *vel* Nativitate, *vel* Præsentatione, secundum denominationem Festi. In Missis vero de Conceptione immaculata dicitur : Et te in Conceptione immaculata. In Missis de Septem Doloribus dicitur : Et te in Transfixione. In Commemoratione de Monte Carmelo dicitur: Et te in commemoratione. In omnibus aliis Festis beatæ Marie Virginis dicitur : Et te in festivitate. In Missa sanctæ Mariæ in Sabbato et in Missis votivis, in quibus speciale mysterium non sit exprimendum, dicitur : Et te in veneratione.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

Et te in *** beatæ Mariæ semper Virginis collaudare,
benedicere et prædicare.

Quæ et Unigenitum tuum

Sancti Spiritus obumbratione concepit :
et virginitatis gloria permanente,
lumen æternum mundo effudit,
Iesum Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.

Cæli, cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exultatione concelebrant.

Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus ✕ qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis.

STANTES

PRÆFATIO I DE BEATA MARIA VIRGINE

De maternitate beatæ Mariæ Virginis

62. Sequens præfatio dicitur in Missis de beata Maria Virgine, addita suo loco mentione celebrationis diei, prout in singulis Missis indicatur.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :

Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Et te in *** beatæ Mariæ semper Virginis collaudare,
benedicere et prædicare.

Quæ et Unigenitum tuum

Sancti Spiritus obumbratione concepit,
et, virginitatis gloria permanente,
lumen æternum mundo effudit,
Iesum Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.

Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exultatione concelebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cæli et terra gloria tua.

Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

Hosanna in excelsis. [Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO DE S. IOSEPH, SPONSO B.M.V.

Sequens præfatio dicitur in Missis festivis et votivis S. Ioseph.

In festo S. Ioseph, die 19 Martii, dicitur Et te in festivitate. In festo S. Ioseph Opificis, die 1 Maii, dicitur : Et te in solemnitate. In Missis votivis dicitur : Et te in veneratione.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

Et te in *** beati Ioseph
debitis magnificare præconiis, benedicere et prædicare.
Qui et vir iustus, a te Deiparæ Virgini Sponsum est datus :
et fidelis servus ac prudens,
super Familiam tuam est constitutus :
ut Unigenitum tuum,
Sancti Spiritus obumbratione conceptum,
paterna vice custodiret, Iesum Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces, ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

PRÆFATIO DE S. IOSEPH

De missione S. Ioseph

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Et te in *** beati Ioseph
debitis magnificare præconiis, benedicere et prædicare.
Qui et vir iustus, a te Deiparæ Virgini Sponsus est datus,
et fidelis servus ac prudens,
super Familiam tuam est constitutus,
ut Unigenitum tuum,
Sancti Spiritus obumbratione conceptum,
paterna vice custodiret, Iesum Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[*Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20.*]

STANTES (vel genuflexi)

PRÆFATIO DE APOSTOLIS

Sequens præfatio dicitur in Missis festivis et votivis Apostolorum et Evangelistarum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,

Te, Domine, suppliciter exorare,
ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras :
sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias :
Ut iisdem rectoribus gubernetur,
quos operis tui vicarios eidem contulisti præsesse pastores.

Et ideo, cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cælestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ✕ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

STANTES

PRÆFATIO I DE APOSTOLIS

De Apostolis pastoribus populi Dei

64. Sequens præfatio dicitur in Missis Apostolorum, præsertim sanctorum Petri et Pauli.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

◀
Qui gregem tuum, Pastor æterne, non deseris,
sed per beatos Apostolos continua protectione custodis,
ut iisdem rectoribus gubernetur,
quos Fili tui vicarios eidem contulisti præsesse pastores.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cælestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

PRÆFATIO COMMUNIS

Sequens præfatio dicitur in Missis quæ præfatione propria carent, nec sumere debent præfationem de Tempore.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :

per Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces
ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☩ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

PRÆFATIO COMMUNIS II

De salute per Christum

73. Sequens præfatio dicitur in Missis, quæ præfatione propria carent, nec sumere debent præfationem de tempore.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :
Qui bonitate hominem condidisti,
ac iustitia damnatum misericordia redemisti :
per Christum Dominum nostrum.

Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,
adorant Dominationes, tremunt Potestates.
Cæli cælorumque Virtutes, ac beata Seraphim,
socia exsultatione concelebrant.
Cum quibus et nostras voces
ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20].

STANTES (vel genuflexi)

PRÆFATIO DEFUNCTORUM

Sequens præfatio dicitur in omnibus Missis defunctorum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper, et ubique gratias agere :
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

In quo nobis spes beatæ resurrectionis effulsit,
ut, quos contrastat certa moriendi conditio,
eosdem consoletur futuræ immortalitatis promissio.
Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur,
et, dissoluta terrestris huius incolatus domo,
æterna in cælis habitatio comparatur.

Et ideo, cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cælestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus ☧ qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

STANTES

PRÆFATIO I DE DEFUNCTIS

De spe resurrectionis in Christo

78. Sequens præfatio dicitur in omnibus Missis defunctorum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare,
nos tibi semper et ubique gratias agere :
Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :
per Christum Dominum nostrum.

In quo nobis spes beatæ resurrectionis effulsit,
ut, quos contrastat certa moriendi conditio,
eosdem consoletur futuræ immortalitatis promissio.
Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur,
et, dissoluta terrestris huius incolatus domo,
æterna in cælis habitatio comparatur.

Et ideo cum Angelis et Archangelis,
cum Thronis et Dominationibus,
cumque omni militia cælestis exercitus,
hymnum gloriæ tuæ canimus,
sine fine dicentes :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

[*Deinde sequitur Canon Missæ, p. 20.*]

[«Ubi mos est, populum ab acclamatione Sanctus expleta usque ad finem Precis eucharisticæ genuflexum manere, hic laudabiliter retinetur», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 43, notatur].

CANON MISSÆ

Finita Præfatione, Sacerdos extendens, elevans aliquantulum et iungens manus, elevansque ad cælum oculos, et statim demittens, profunde inclinatus ante Altare, manibus super eo positis, dicit :

Te igitur, clementissime Pater,
per Iesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum,
supplices rogamus ac petimus
Osculatur Altare et, iunctis manibus ante pectus, dicit :
uti accepta habeas,
et benedicas *signat ter super Hostiam et Calicem simul, dicens :*
hæc ☩ dona, hæc ☩ munera,
hæc sancta ☩ sacrificia illibata,
Extensis manibus prosequitur :
in primis, quæ tibi offerimus
pro Ecclesia tua sancta catholica :
quam pacificare, custodire, adunare,
et regere digneris toto orbe terrarum :
una cum famulo tuo Papa nostro **N.**
et Antistite **N.**

et omnibus orthodoxis, atque catholicæ
et apostolicæ fidei cultoribus.

PREX EUCHARISTICA I
seu Canon Romanus

84. Sacerdos, manibus extensis, dicit :

Te igitur clementissime Pater,
per Iesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum,
supplices rogamus ac petimus,
Jungit manus et dicit :
uti accepta habeas,
Signat semel super panem et calicem simul, dicens : et benedicas
☩ hæc dona, hæc munera,
hæc sancta sacrificia illibata,
Extensis manibus prosequitur :
in primis, quæ tibi offerimus
pro Ecclesia tua sancta catholica :
quam pacificare, custodire, adunare
et regere digneris toto orbe terrarum :
una cum famulo tuo Papa nostro **N.**
et Antistite nostro **N.** *Hic fieri potest mentio de Episcopis Coadiutoribus vel Auxiliariis, ut in Institutione generali Missalis Romani, n. 109, notatur.*
et omnibus orthodoxis, atque catholicæ
et apostolicæ fidei cultoribus.

GENUFLEXI

Commemoratio pro vivis

Memento, Domine,
famularum famularumque tuarum **N.** et **N.**
*Iungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit :
deinde manibus extensis prosequitur :
et omnium circumstantium,
quorum tibi fides cognita est et nota devotio,
pro quibus tibi offerimus :
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis,
pro se, suisque omnibus :
pro redēptione animarum suarum,
pro spe salutis et incolumitatis suæ :
tibique reddunt vota sua
æterno Deo, vivo et vero.*

GENUFLEXI (vel stantes)

85. Commemoratio pro vivis

Memento Domine,
famularum famularumque tuarum **N.** et **N.**
*Iungit manus et orat aliquantulum pro quibus orare intendit.
Deinde, manibus extensis, prosequitur :
et omnium circumstantium,
quorum tibi fides cognita est et nota devotio,
pro quibus tibi offerimus :
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis,
pro se suisque omnibus :
pro redēptione animarum suarum,
pro spe salutis et incolumitatis suæ :
tibique reddunt vota sua
æterno Deo vivo et vero.*

Infra Actionem

Communicantes,
et memoriam venerantes,
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi :
* sed [et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,]
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani :
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Jungit manus.

Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

86. Infra Actionem

Communicantes,
et memoriam venerantes,
in primis gloriosæ semper virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi :
† sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
[Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani]
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]

[Deinde sequitur Hanc igitur, p. 23].

Infra Actionem propria

In Nativitate Domini et per Octavam

Communicantes,
et diem sacratissimum (noctem sacratissimam) celebrantes,
quo (qua) beatæ Mariæ intemerata Virginitas
huic mundo edidit Salvatorem,
sed et memoriam venerantes,
in primis eiusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi : *
* sed [et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,]
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani :
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.
Jungit manus.

Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

Communicantes Propria

In Nativitate Domini et per octavam

Communicantes,
et (noctem sacratissimam) diem sacratissimum celebrantes,
(qua) quo beatæ Mariæ intemerata virginitas
huic mundo edidit Salvatorem :
sed et memoriam venerantes,
in primis eiusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genetrix eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi : †
† sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
[Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani]
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]

[Deinde sequitur Hanc igitur, p. 23].

GENUFLEXI

In Epiphania Domini

Communicantes,
et diem sacratissimum celebrantes,
quo Unigenitus tuus, in tua tecum gloria coæternus,
in veritate carnis nostræ visibiliter corporalis apparuit :
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi : *
* sed [et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,]
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani :
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Jungit manus.

Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

GENUFLEXI (vel stantes)

In Epiphania Domini

Communicantes,
et diem sacratissimum celebrantes,
quo Unigenitus tuus, in tua tecum gloria coæternus,
in veritate carnis nostræ visibiliter corporalis apparuit :
sed et memoriam venerantes,
in primis eiusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi : †
† sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
[Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani]
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]

[Deinde sequitur Hanc igitur, p. 23].

GENUFLEXI

A Missa Vigiliæ paschalis usque ad sabbatum in albis

Communicantes,
et diem sacratissimum (noctem sacratissimam) celebrantes,
Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem :
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi : *
* sed [et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,]
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani :
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.
Jungit manus.
Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

GENUFLEXI (vel stantes)

A Missa Vigiliæ paschalis usque ad dominicam II Paschæ

Communicantes,
et (noctem sacratissimam) diem sacratissimum celebrantes,
Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem :
sed et memoriam venerantes,
in primis eiusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi : †
† sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
[Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani]
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.
[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]
[Deinde sequitur Hanc igitur, p. 23].

GENUFLEXI

In Ascensione Domini

Communicantes,
et diem sacratissimum celebrantes,
quo Dominus noster, unigenitus Filius tuus,
unitam sibi fragilitatis nostræ substantiam
in gloriæ tuæ dextera collocavit :
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi : *
* sed [et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,]
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani :
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.
Jungit manus.
Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

GENUFLEXI (vel stantes)

In Ascensione Domini

Communicantes,
et diem sacratissimum celebrantes,
quo Dominus noster, unigenitus Filius tuus,
unitam sibi fragilitatis nostræ substantiam
in gloriæ tuæ dextera collocavit :
sed et memoriam venerantes,
in primis eiusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi : †
† sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
[Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani]
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.
[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]
[Deinde sequitur Hanc igitur, p. 23].

GENUFLEXI

A Vigilia Pentecostes usque ad sequens sabbatum

Communicantes,
et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes,
quo Spiritus sanctus
Apostolis innumeris linguis apparuit :
sed et memoriam venerantes,
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi : *
* sed [et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,]
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani :
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Jungit manus.

Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.

GENUFLEXI (vel stantes)

In dominica Pentecostes

Communicantes,
et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes,
quo Spiritus Sanctus
Apostolis in igneis linguis apparuit :
sed et memoriam venerantes,
in primis eiusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ,
Genitricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi : †
† sed et beati Ioseph eiusdem Virginis Sponsi,
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,
Petri et Pauli, Andreæ,
[Iacobi, Ioannis,
Thomæ, Iacobi, Philippi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simonis et Thaddæi :
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,
Cornelii, Cypriani,
Laurentii, Chrysogoni,
Ioannis et Pauli,
Cosmæ et Damiani]
et omnium Sanctorum tuorum ;
quorum meritis precibusque concedas,
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]

[Deinde sequitur Hanc igitur, p. 23].

GENUFLEXI

Tenens manus expansas super oblata, dicit :

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,
sed et cunctæ familiæ tuæ, *
quæsumus, Domine, ut placatus accipias :
diesque nostros in tua pace disponas,
atque ab æterna damnatione nos eripi,
et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Iungit manus.

Per Christum, Dominum nostrum. Amen.

A Missa Vigiliæ paschalis usque ad sabbatum in albis
et a Vigilia Pentecostes usque ad sequens Sabbatum

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,
sed et cunctæ familiæ tuæ,
quam tibi offerimus pro his quoque,
quos regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu Sancto,
tribuens eis remissionem omnium peccatorum :
quæsumus, Domine, ut placatus accipias :
diesque nostros in tua pace disponas,
atque ab æterna damnatione nos eripi,
et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Iungit manus.

Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus,
Signat ter super Oblata
bene*dictam, adscriptam, ratam,*
rationabilem, acceptabilemque facere digneris :
Signat semel super Hostiam ut nobis Corpus,
et semel super Calicem et San*cti*guis fiat dilectissimi Filii tui,
iungit manus, Domini nostri Iesu Christi.

GENUFLEXI (vel stantes)

87. Manibus extensis, prosequitur :

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,
sed et cunctæ familiæ tuæ,
quæsumus, Domine, ut placatus accipias :
diesque nostros in tua pace disponas,
atque ab æterna damnatione nos eripi,
et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Iungit manus.

[Per Christum Dominum nostrum. Amen.]

A Missa Vigiliæ paschalis usque ad dominicam II Paschæ
↔

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,
sed et cunctæ familiæ tuæ,
quam tibi offerimus pro his quoque,
quos regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu Sancto,
tribuens eis remissionem omnium peccatorum,
quæsumus, Domine, ut placatus accipias :
diesque nostros in tua pace disponas,
atque ab æterna damnatione nos eripi
et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Iungit manus

(Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

88. Tenens manus expansas, super oblata, dicit :

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus,
benedictam, adscriptam, ratam,
rationabilem, acceptabilemque facere digneris :
ut nobis Corpus,
et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui,
Domini nostri Iesu Christi. *Iungit manus.*

[«Hoc puncto liturgiæ penitus mystico, qui celebrat monetur, ut se inclinet et verba voce clara, non tamen elata, ad contemplationi favendum, proferat, ut Episcopus facit Feria V Hebdomadis Sanctæ, dum halitum efflat super chrisma. Qui celebrat “in modo se gerendi et verba divina proferendi præsentiam vivam Christi fidelibus insinuare” debet. Nunc enim Sacrificium sacramentale fit», ut in Synodus Episcoporum, XI Cœtus Generalis Ordinarius, 2004, *Lineamenta*, n. 37, notatur].

89. In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et aperte, proutinatura eorundem verborum requirit :

Qui pridie quam pateretur,
 Accipit Hostiam
 accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas,
 Elevat oculos ad cælum
 et elevatis oculis in cælum
 ad te Deum Patrem suum omnipotentem,
 Caput inclinat
 tibi gratias agens,
 Signat super Hostiam
 bene~~x~~dixit,
 fregit,
 deditque discipulis suis, dicens :
 Accipite, et manducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices et pollices, profert verba consecrationis secrete, distincte, et attente super Hostiam, et simul super omnes, si plures sint consecrandæ.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

Quibus verbis prolatis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat : surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, et genuflexus iterum adorat : nec amplius pollices et indices disiungit, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum.

Qui pridie quam pateretur,
 Accipit panem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosecutur :
 accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas :
 Elevat oculos,
 et elevatis oculis in cælum
 ad te Deum Patrem suum omnipotentem,
 tibi gratias agens
 benedixit,
 fregit,
 deditque discipulis suis, dicens : Parum se inclinat
 ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES :

HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADETUR.

Hostiam consecratam ostendit populo reponit super patenam, et genuflexus adorat.

GENUFLEXI

Tunc, detecto Calice, dicit :

Simili modo postquam cenatum est,
Ambabus manibus accipit Calicem
acciens et hunc præclarum calicem
in sanctas ac venerabiles manus suas :
item
Caput inclinat
tibi gratias agens,
Sinistra tenens Calicem, dextera signat super eum
bene~~+~~dixit,
deditque discipulis suis, dicens :
Accipite, et bibite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis super Calicem, attente, continue, et secrete, tenens illum
parum elevatum.

**HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI,
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI : MYSTERIUM FIDEI :
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.**

Quibus verbis prolati, deponit Calicem super Corporale, et dicens secrete :

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Genuflexus adorat : surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, et genuflexus iterum
adorat.

GENUFLEXI

90. Postea prosequitur :

Simili modo postquam cenatum est,
Accipit calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur :
acciens et hunc præclarum calicem
in sanctas ac venerabiles manus suas,
item
tibi gratias agens,
benedixit,
deditque discipulis suis, dicens : Parum se inclinat.

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES :

**HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, ↲
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.**

HOC FACITE IN MEAM CONMEMORATIONEM.

Calicem ostendit populo reponit super patenam, et genuflexus adorat.

GENUFLEXI (vel stantes)

91. Deinde dicit :

↪ **Mysterium fidei.**

Et populus prosequitur, acclamans :

**Mortem tuam annuntiamus, Domine,
et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.**

GENUFLEXI

Deinde desiunctis manibus dicit :

Unde et memores, Domine,
nos servi tui,
sed et plebs tua sancta,
eiusdem Christi Filii tui, Domini nostri,
tam beatæ passionis,
nec non et ab inferis resurrectionis,
sed et in cælos gloriosæ ascensionis :
offerimus præclaræ maiestati tuæ
de tuis donis ac datis

Iungit manus, et signat ter super Hostiam, et Calicem simul, dicens :

hostiam ✕ puram,
hostiam ✕ sanctam,
hostiam ✕ immaculatam,
Signat semel super Hostiam, dicens :
Panem ✕ sanctum vitæ æternæ,
et semel super Calicem, dicens :
et Calicem ✕ salutis perpetuæ.

Extensis manibus prosequitur :

Supra quæ propitio ac sereno vultu
respicere digneris :
et accepta habere,
sicuti accepta habere dignatus es
munera pueri tui iusti Abel,
et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ :
et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech,
sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

GENUFLEXI (vel stantes)

92. Postea, extensis manibus, sacerdos dicit :

Unde et memores, Domine,
nos servi tui,
sed et plebs tua sancta,
eiusdem Christi, Filii tui Domini nostri,
tam beatæ passionis,
necnon et ab inferis resurrectionis,
sed et in cælos gloriosæ ascensionis :
offerimus præclaræ maiestati tuæ
de tuis donis ac datis

hostiam puram,
hostiam sanctam,
hostiam immaculatam,
Panem sanctum vitæ æternæ,
et Calicem salutis perpetuæ.

93.

Supra quæ propitio ac sereno vultu
respicere digneris :
et accepta habere,
sicuti accepta habere dignatus es
munera pueri tui iusti Abel,
et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ,
et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech,
sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

GENUFLEXI

Profunde inclinatus, iunctis manibus et super Altare positis, dicit :

Suplices te rogamus, omnipotens Deus :
iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui
in sublime altare tuum,
in conspectu divinæ maiestatis tuæ :
ut quoquot osculatur Altare ex hac altaris participatione
sacrosanctum Filii tui
Iungit manus, et signat semel super Hostiam, et semel super Calicem
Corpus, et Sanguinem sumpserimus,
Seipsum signat, dicens :
omni ✕ benedictione cælesti et gratia repleamur.
Iungit manus.

Per eumdem Christum, Dominum nostrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis

Memento etiam, Domine,
famulorum famularumque tuarum N. et N.,
qui nos præcesserunt cum signo fidei,
et dormiunt in somno pacis.

Iungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit,
deinde extensis manibus prosequitur :

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus
locum refrigerii, lucis et pacis
ut indulgeas , deprecamur.

Iungit manus, et caput inclinat, dicens :

Per eumdem Christum, Dominum nostrum. Amen.

GENUFLEXI (vel stantes)

94. Inclinatus, iunctis manibus, prosequitur :

Suplices te rogamus, omnipotens Deus :
iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui
in sublime altare tuum,
in conspectu divinæ maiestatis tuæ ;
ut, quotquot ex hac altaris participatione
sacrosanctum Filii tui

Corpus et Sanguinem sumpserimus,
Erigit se atque seipsum signat, dicens :
omni ✕ benedictione cælesti et gratia repleamur.
Iungit manus.

[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]

95. Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam, Domine,
famulorum famularumque tuarum N. et N.,
qui nos præcesserunt cum signo fidei,
et dormiunt in somno pacis.

Iungit manus et orat aliquantulum pro iis defunctis pro quibus orare intendit.
Deinde, extensis manibus, prosequitur :

Ipsis Domine, et omnibus in Christo quiescentibus,
locum refrigerii, lucis et pacis,
ut indulgeas, deprecamur.

Iungit manus.

[Per ← Christum Dominum nostrum. Amen.]

GENUFLEXI

Manu dextera percutit sibi pectus, elata aliquantulum voce dicens :

Nobis quoque peccatoribus,
Extensis manibus ut prius, secrete prosequitur :
famulis tuis,
de multitudine miserationum tuarum sperantibus,
partem aliquam et societatem donare digneris,
cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus :
cum Ioanne, Stephano,
Matthia, Barnaba,
Ignatio, Alexandro,
Marcellino, Petro,
Felicitate, Perpetua,
Agatha, Lucia,
Agnete, Cæcilia, Anastasia,
et omnibus Sanctis tuis :
intra quorum nos consortium,
non æstimator meriti, sed veniæ,
quæsumus, largitor admitte.

Jungit manus.

Per Christum, Dominum nostrum.

GENUFLEXI (vel stantes)

96. Manu dextera percutit sibi pectus, dicens :

Nobis quoque peccatoribus
famulis tuis, *et extensis manibus prosequitur*
de multitudine miserationum tuarum sperantibus,
partem aliquam et societatem donare digneris
cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus :
cum Ioanne, Stephano,
Matthia, Barnaba,
[Ignatio, Alexandro,
Marcellino, Petro,
Felicitate, Perpetua,
Agatha, Lucia,
Agnete, Cæcilia, Anastasia]
et omnibus Sanctis tuis :
intra quorum nos consortium,
non æstimator meriti, sed veniæ,
quæsumus, largitor admitte.

Jungit manus.

Per Christum Dominum nostrum.

GENUFLEXI

GENUFLEXI (vel stantes)

Per quem hæc omnia Domine,
semper bona creas,
Signat ter super Hostiam, et Calicem simul dicens :
sancti~~X~~ficas, vivi~~X~~ficas, bene~~X~~dicis,
et præstas nobis.

Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Hostiam inter pollicem et indicem manus
dexteræ : et tenens sinistra Calicem, cum Hostia signat ter a labio ad labium Calicis,
dicens :

Per ip~~X~~sum, et cum ip~~X~~so, et in ip~~X~~so
Cum ipsa Hostia signat bis inter se et Calicem, dicens :
est tibi Deo Patri ~~X~~ omnipotenti
in unitate ~~X~~ Spiritus Sancti
elevans parum Calicem cum Hostia, dicit :
omnis honor et gloria.

Reponit Hostiam, Calicem Palla cooperit, genuflectit, surgit, et dicit intelligibili voce,
vel cantat :

Per omnia sæcula sæculorum.
R/. Amen.

97. *Et prosequitur :*

Per quem hæc omnia, Domine,
semper bona creas,
sanctificas, vivificas, benedicis
et præstas nobis.

98. *Accipit patenam cum hostia et calicem, et utrumque elevans, dicit :*

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,
est tibi Deo Patri omnipotenti,
in unitate Spiritus Sancti,
omnis honor et gloria

per omnia sæcula sæculorum.
Populus acclamat : **Amen.**

Deinde sequitur ritus communionis, p. 30.

Iungit manus

Oremus.

Præceptis salutaribus moniti,
et divina institutione formati,
audemus dicere :

Extendit manus

Pater noster, qui es in cælis :
sanctificetur nomen tuum ;
adveniat regnum tuum ;
fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra.
Panem nostrum cotidianum da nobis hodie ;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris ;
et ne nos inducas in temptationem.

R/. Sed libera nos a malo.

Sacerdos secrete dicit : Amen.

Deinde manu dextera accipit inter indicem et medium digitos Patenam, quam tenens
super Altare erectam, dicit secrete :

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis,
præteritis, præsentibus, et futuris :
et intercedente beata et gloria
semper Virgine Dei Genitrice Maria,
cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo,
atque Andrea, et omnibus Sanctis,

Signat se cum Patena a fronte ad pectus

da ☩ propitius pacem in diebus nostris : Patenam osculatur
ut, ope misericordiæ tuæ adiuti,
et a peccato simus semper liberi
et ab omni perturbatione securi.

RITUS COMMUNIONIS

124. Calice et patena depositis, sacerdos, iunctis manibus, dicit :



Preceptis salutaribus moniti,
et divina institutione formati,
audemus dicere :

Extendit manus et, una cum populo, pergit :

**Pater noster, qui es in cælis :
sanctificetur nomen tuum ;
adveniat regnum tuum ;
fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidianum da nobis hodie ;
et dimitte nobis debita nostra,
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris ;
et ne nos inducas in temptationem ;
sed libera nos a malo.**



125. Manibus extensis, sacerdos solus prosequitur, dicens :

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis,



da propitius pacem in diebus nostris,
ut, ope misericordiæ tuæ adiuti,
et a peccato simus semper liberi
et ab omni perturbatione securi :

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, et eam super Calicem tenens utraque manu, frangit per medium, dicens :

Per eumdem Dominum
nostrum Iesum Christum,
Filium tuum.

Et medium partem, quam in dextera manu tenet, ponit super Patenam. Deinde ex parte, quæ in sinistra remanserat, frangit particulam, dicens :

Qui tecum vivit et regnat
in unitate Spiritus Sancti Deus.

Aliam medium partem, quam in sinistra manu habet, adiungit mediæ super Patenam positæ, et particulam parvam dextera retinens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam tenet, dicit intelligibili voce vel cantat :

Per omnia sæcula sæculorum.

R/. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens :

Pax ☩ Domini sit ☩ semper vobis ☩ cum.

R/. Et cum spiritu tuo.

exspectantes beatam spem et adventum Salvatoris
nostri Iesu Christi.

Iungit manus.

Populus orationem concludit, acclamans :

Quia tuum est regnum,
et potestas et gloria

in sæcula.

126. Deinde sacerdos, manibus extensis, clara voce dicit :

✓ Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis :
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis :
ne respicias peccata nostra,
sed fidem Ecclesiæ tuæ ;
eamque secundum voluntatem tuam
pacificare et coadunare digneris. Iungit manus.
Qui vivis et regnas
✓ in sæcula sæculorum. Populus respondet : **Amen.**

127. Sacerdos, ad populum conversus, extendens et iungens manus, subdit :

Pax Domini sit semper vobiscum.

Populus respondet : **Et cum spiritu tuo.**

128. Deinde, pro opportunitate, diaconus, vel sacerdos, subiungit :

✓ Offerte vobis pacem.

Et omnes, iuxta locorum consuetudines, pacem et caritatem sibi invicem significant ; sacerdos pacem dat diacono vel ministro.

STANTES (vel genuflexi)

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete :

Hæc commixtio,
et consecratio

Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi,
fiat accipientibus nobis in vitam æternam.

Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, iunctis manibus, et ter pectus percutiens, intelligibili voce dicit :

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi : miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi : miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi : dona nobis pacem.

¶ In Missis Defunctorum non dicitur miserere nobis, sed eius loco dona eis requiem, et in tertio additur sempiternam.

GENUFLEXI

Deinde, iunctis manibus super Altare, inclinatus dicit secrete sequentes Orationes :

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis :

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis :

ne respicias peccata mea,

sed fidem Ecclesiæ tuæ ;

eamque secundum voluntatem tuam

pacificare et coadunare digneris :

Qui vivis et regnas

Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Si danda est pax, osculatur Altare, et dans pacem, dicit :

Pax tecum.

R/. Et cum spiritu tuo.

¶ In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur præcedens Oratio.

STANTES

129. Deinde accipit hostiam eamque super patenam frangit, et particulam immittit in calicem, dicens secreto :

Hæc commixtio



Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi
fiat accipientibus nobis in vitam æternam.



130. Interim cantatur vel dicitur :

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi : miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi : miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi : dona nobis pacem.



Quod etiam plures repeti potest, si fractio panis protrahitur. Ultima tamen vice dicitur :
dona nobis pacem.

GENUFLEXI (vel stantes)

[«Ubi mos est, populum ante Communionem quando sacerdos dicit Ecce Agnus Dei genuflexum manere, hic laudabiliter retinetur», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 43, notatur].



Cf. supra (n. 126)



Cf. supra «Offerte vobis pacem» (n. 128)

GENUFLEXI

GENUFLEXI (vel stantes)

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi,
qui ex voluntate Patris,
cooperante Spiritu Sancto,
per mortem tuam mundum vivificasti :
libera me per hoc sacrosanctum
Corpus et Sanguinem tuum
ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis :
et fac me tuis semper inhærere mandatis,
et a te numquam separari permittas :
Qui cum eodem Deo Patre
et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus
in sæcula sæculorum. Amen.

Perceptio Corporis tui,
Domine Iesu Christe,
quod ego, indignus sumere præsumo,
non mihi proveniat in iudicium et condemnationem :
sed pro tua pietate proposit mihi
ad tutamentum mentis et corporis,
et ad medelam percipiendam :
Qui vivis et regnas cum Deo Patre
in unitate Spiritus Sancti Deus :
per omnia sæcula sæculorum. Amen.

131. **Sacerdos deinde, manibus iunctis dicit secreto :**

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi,
qui ex voluntate Patris,
cooperante Spiritu Sancto,
per mortem tuam mundum vivificasti :
libera me per hoc sacrosantum
Corpus et Sanguinem tuum
ab omnibus iniquitatibus meis et universis malis :
et fac me tuis semper inhærere mandatis,
et a te numquam separari permittas.



Vel :

Perceptio Corporis et Sanguinis tui,
Domine Iesu Christe,
non mihi proveniat in iudicium et condemnationem :
sed pro tua pietate proposit mihi
ad tutamentum mentis et corporis,
et ad medelam percipiendam.



GENUFLEXI

Genuflectit, surgit, et dicit :

Panem cælestem accipiam, et nomen Domini invocabo.

Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiæ inter pollicem et indicem sinistræ manus, et Patenam inter eundem indicem et medium supponit, et dextera tribus vicibus percutiens pectus, elata aliquantulum voce, ter dicit devote, et humiliter :

Domine, non sum dignus, et secrete prosequitur :
ut intres sub tectum meum :
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patenam, dicit :

Corpus Domini nostri Iesu Christi
✠ custodiat animam meam in vitam æternam.
Amen.

Et se inclinans, reverenter sumit ambas partes Hostiæ : quibus sumptis, deponit Patenam super Corporale, et erigens se iungit manus, et quiescit aliquantulum in meditatione Sanctissimi Sacramenti.

Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quæ sint, exterget Patenam super Calicem, interim dicens :

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ tribuit mihi ?

Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo.
Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dextera, et eo se signans, dicit :

Sanguis Domini nostri Iesu Christi
✠ custodiat animam meam in vitam æternam.
Amen.

Et sinistra supponens patenam Calici, reverenter sumit totum Sanguinem, cum particula.

GENUFLEXI (vel stantes)

[«Ubi mos est, populum ante Communionem quando sacerdos dicit Ecce Agnus Dei genuflexum manere, hic laudabiliter retinetur», ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 43, notatur].

132. Sacerdos genuflectit, accipit hostiam, eamque aliquantulum elevatam super patenam tenens, ad populum versus, clara voce dicit :



✠ Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

Et una cum populo semel subdit :

✠ Domine, non sum dignus
ut intres sub tectum meum :
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

133. Et sacerdos, ad altare versus, secreto dicit :

Corpus ↙ Christi
custodiat ↙ me in vitam æternam.



Et reverenter sumit Corpus Christi.



Deinde accipit calicem et secreto dicit :

Sanguis ↙ Christi
custodiat ↙ me in vitam æternam.



Et reverenter sumit Sanguis Christi.

GENUFLEXI

GENUFLEXI (vel stantes)

Sacerdos, facta genuflexione, ponit particulas in pyxide, vel, si pauci sint communicandi, super patenam, nisi a principio positae fuerint in pyxide seu alio Calice. Interim minister ante eos extendit linteum seu velum album, et pro eis facit confessionem, dicens :

Confiteor Deo omnipotenti,
beatæ Mariæ semper Virgini,
beato Michaeli Archangelo,
beato Ioanni Baptista,
sanctis Apostolis Petro et Paulo,
omnibus Sanctis, et tibi, pater :
quia peccavi nimis cogitatione, verbo, et opere :

percutit sibi pectus ter, dicens :

mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.
Ideo precor beatam Mariam semper Virginem,
beatum Michaelem Archangeli,
beatum Ioannem Baptistam,
sanctos Apostolos Petrum et Paulum,
omnes Sanctos, et te, pater,
orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Sacerdos genuflectit, surgit, et manibus iunctis ante pectus, vertit se ad populum (advertisens ne terga vertat Sacramento), et in cornu Evangelii dicit :

Misereatur vestri omnipotens Deus,
et dimissis peccatis vestris,
perducat vos ad vitam æternam.

R/. Amen.

Et addit :

Indulgentiam, ✕ absolutionem,
et remissionem peccatorum vestrorum
tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus.

R/. Amen.

Dicens Indulgentiam, etc., manu dextera in formam crucis signat communicandos.



[Pro cantu ad Communionem adhiberi potest aut antiphona ex Graduali romano sive cum psalmo sive sola, aut antiphona cum psalmo e Graduali simplici ; si autem non habetur cantus, antiphona in Missali proposita recitatur ab ipso sacerdote postquam ipse communicavit, antequam Communionem distribuat fidelibus, ut in *Institutione generali Missalis Romani*, n. 87, notatur].

«Cantus ad Communionem»

Deinde ad Altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit ; dextera vero sumit unam particulam, quam inter pollicem et indicem tenet aliquantulum elevatam super pyxidem : conversusque ad populum in medio Altaris dicit clara voce :

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Mox subdit :

Domine, non sum dignus,
ut intres sub tectum meum :
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

quod iterum ac tertio repetit.

Domine, non sum dignus,
ut intres sub tectum meum :
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Domine, non sum dignus,
ut intres sub tectum meum :
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

Postea ad communicandos accedit, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare: quibus porrigens Eucharistiam, et faciens cum particula signum crucis, dicit :

Corpus Domini nostri Iesu Christi
 ✕ custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.



Cf. supra (n. 132)



Cf. supra (n. 132)



134. Postea accipit patenam vel pyxidem, accedit ad communicandos, et hostiam parum elevatam unicuique eorum ostendit, dicens :

Corpus ← Christi.

Communicandus respondet : ← Amen.

Et communicatur.

Eo modo agit et diaconus, si sacram Communionem distribuit.

135. Si adsint sub utraque specie communicandi, servetur ritus suo loco descriptus.

136. Dum sacerdos sumit Corpus Christi, incipit cantus ad Communionem.

GENUFLEXI (vel sedentes)

Finita communione, revertitur ad Altare, nihil dicens.

Quo sumpto, si qui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet.

Postea dicit :

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus :
et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.

Interim porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo parum vini, quo se purificat :
deinde prosequitur :

Corpus tuum, Domine,
quod sumpsi, et Sanguis, quem potavi,
adhæreat visceribus meis :
et præsta ; ut in me non remaneat scelerum macula,
quem pura et sancta refecerunt sacramenta :
Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Abluit et extergit digitos, ac sumit ablutionem : extergit os et Calicem, quem, plicato Corporali, operit et collocat in Altari ut prius : deinde prosequitur Missam.

«Communio»

STANTES (vel genuflexi)

Dicta antiphona ad Communionem, osculatur Altare, et versus ad populum dicit :

Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Deinde, reversus ad Altare, dicit :

Oremus.

«Postcommunio[nes]»

R/. Amen.

GENUFLEXI (vel sedentes)

137. Distributione Communionis expleta,

sacerdos vel diaconus vel acolythus purificat patenam super calicem et ipsum calicem.

Dum purificationem peragit, sacerdos dicit secreto :

Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus,
et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum.



138. Tunc sacerdos ad sedem redire potest. Pro opportunitate sacrum silentium, per aliquod temporis spatium, servari, vel psalmus aut canticum laudis proferri potest.

↖ Cf. supra «*Cantus ad Communionem*» (n. ante 134)

STANTES



139. Deinde, stans ad sedem vel ad altare, sacerdos dicit :

Oremus.

Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant, nisi silentium iam præcesserit. Deinde sacerdos, manibus extensis, dicit orationem post Communionem.

↖ «Oratio post Communionem»

Populus in fine acclamat : **Amen.**

RITUS CONCLUSIONIS

Dicto, post ultimam Orationem,

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

140. Sequuntur, si habendæ sint, breves annuntiationes ad populum.

141. Deinde fit dimissio. Sacerdos, versus ad populum, extendens manus, dicit :

Dominus vobiscum.

Populus respondet : **Et cum spiritu tuo.**

Sacerdote benedit populum, dicens :

✓ Benedicat vos omnipotens Deus,
Pater et Filius ✕ et Spiritus Sanctus.

Populus respondet : **Amen.**

142. Quibusdam diebus vel occasionibus, huic formulæ benedictionis præmittitur, iuxta rubricas, alia formula benedictionis sollemnior, vel oratio super populum.

143. In Missa pontificali celebrans accipit mitram et, extendens manus, dicit:

Celebrans dicit : Dominus vobiscum.

Omnes respondent : **Et cum spiritu tuo.**

Celebrans dicit : Sit nomen Domini benedictum.

Omnes respondent : Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Celebrans dicit : Adiutorium nostrum in nomine Domini,

Omnes respondent : Qui fecit cælum et terram.

Tunc celebrans, accepto, si eo utitur, baculo, dicit:

✓ Benedicat vos omnipotens Deus,

ter signum crucis super populum faciens, addit:

Pater, ✕ et Filius, ✕ et Spiritus ✕ Sanctus.

Omnes: **Amen.**

dicit in Festis solemnibus ; in Festis duplicibus ; in Missis B. Mariæ Virginis ; in Dominicis infra annum, in Festis semiduplicibus et infra Octavas, quæ non sint beatæ Mariæ Virginis ; in Festis simlicibus :

V/. Ite, Missa est.

R/. Deo gratias.

Ite, missa est.

Populus respondet : **Deo gratias.**

STANTES (vel genuflexi)

STANTES

¶ In Tempore Paschali, hoc est a Missa Sabbati sancti usque ad Sabbathum in Albis inclusive in Missis de Tempore dicit :

V/. Ite, Missa est, alleluia, alleluia.

[←]

R/. Deo gratias, alleluia, alleluia.

¶ In omnibus Feriis extra Tempus Paschale, in Litaniis maioribus et minoribus, in Vigiliis communibus item extra Tempus Paschale, atque, si omissum fuerit Gloria in excelsis, in Missis votivis, quæ pro re gravi et publica simul causa non sint ; in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ ; in Vigilia Nativitatis Domini, etiamsi in Dominica occurrat, in Festo Ss. Innocentium et in Missis votivis pro re gravi et publica simul causa, quando non dicitur Gloria in excelsis dicit :

V/. Benedicamus Domino.

[←]

R/. Deo gratias.

¶ In Missis Defunctorum dicit :

V/. Requiescant in pace.

[←]

R/. Amen.

GENUFLEXI

STANTES

Dicto pro Missæ qualitate vel Ite, Missa est, vel, si qua liturgica processio sequatur, Benedicamus Domino, Sacerdos inclinat se ante medium Altaris, et manibus iunctis super illud, dicit secrete :

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meæ : et
præsta ; ut sacrificium, quod oculis tuæ maiestatis indignus
obtuli, tibi sit acceptabile, mihique et omnibus, pro quibus
illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum,
Dominum nostrum. Amen.



Deinde osculatur Altare : et elevatis oculis, extendens, elevans et iungens manus caputque Crucis inclinans, dicit :

Benedicat vos omnipotens Deus, et versus ad populum, semel tantum benedicens, etiam in Missis solemnibus prosequitur

Pater, et Filius, ✠ et Spiritus Sanctus.

R/. Amen.

¶ In Missa Pontificali ter benedicitur, ut in Pontificali habetur.

¶ In Missis Defunctorum non datur benedictio, sed dicto Requiescant in pace, dicit :
Placeat tibi, sancta Trinitas ; deinde, osculato Altari, legit Evangelium sancti Ioannis.

145. Deinde sacerdos altare osculo de more veneratur, ut initio.



Cf. supra (n. 141)



STANTES (et genuflexi)

Deinde Sacerdos in cornu Evangelii, iunctis manibus dicit :

V/. Dominus vobiscum.



R/. Et cum spiritu tuo.

Et signans signo crucis primum Altare vel librum, deinde se in fronte, ore, et pectore, dicit :

✠ Initium sancti Evangelii secundum Ioannem. Vel si aliud



Evangelium legendum sit : ✠ Sequentia sancti Evangelii etc.

R/. Gloria tibi, Domine.

Iunctis manibus prosequitur :

Ioann. 1, 1-14

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hominum : et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.



Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius : qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Genflectit dicens : **Et Verbum caro factum est** et surgens prosequitur :
et habitavit in nobis : et vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.

R/. Deo gratias.



GENUFLEXI

¶ In Missis privatis post Evangelium sancti Ioannis, dicuntur flexis genibus Preces Leonis Pp. XIII.

Preces Leonis Pp. XIII

Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus.



R/. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

R/. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Iesus.

R/. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Salve, Regina,
mater misericordiæ ;
vita, dulcedo et spes nostra, salve.
Ad te clamamus, exsules filii Hevæ.
Ad te suspiramus, gementes et flentes
in hac lacrimarum valle.
Eia ergo, advocata nostra,
illos tuos misericordes oculos ad nos converte.
Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exsilium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.



V/. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix,
R/. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.



GENUFLEXI

Oremus.

Deus, refugium nostrum et virtus,
populum ad te clamantem propitius respice :
et, intercedente gloria et immaculata
Virgine Dei Genitrici Maria,
cum beato Ioseph, eius Sponso,
ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo
et omnibus Sanctis ; quas
pro conversione peccatorum,
pro libertate et exaltatione sanctæ Matris Ecclesiæ
preces effundimus, misericors et benignus exaudi.
Per eundem Christum, Dominum nostrum.

R/. Amen.

Sancte Michael Archangele,
defende nos in prœlio :
contra nequitiam et insidias diaboli
esto præsidium : Imperet illi Deus,
suplices deprecamur ;
tuque, Princeps militæ cælestis,
Satanam aliosque spiritus malignos,
qui ad perditionem animarum
pervagantur in mundo,
divina virtute in infernum detrude.

R/. Amen.

Cor Iesu sacratissimum, **R/. Miserere nobis.**
Cor Iesu sacratissimum, **R/. Miserere nobis.**
Cor Iesu sacratissimum, **R/. Miserere nobis.**

STANTES

Deinde, cooperto capite, Sacerdos revertit in sacrarium.

Finito Evangelio sancti Ioannis, discedens ab Altari, pro gratiarum actione dicit
Antiphona Trium puerorum, cum reliquis, ut habetur in principio Missalis.



STANTES

Facta denique debita reverentia cum ministris, recedit.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

Decretum *Sacra Tridentina Synodus* (12 Decembris 1905)
Denzinger 1988, DH 3382

4. ... Curandum est, ut sedula ad s. communionem praeparatio antecedat et congrua gratiarum actio inde sequatur iuxta uniuscuiusque vires, condicionem ac officia.

PRÆPARATIO AD MISSAM

Missale Romanum
 anno 1962 promulgatum (Editio princeps 1570)

Ant. Ne reminiscaris,
 * Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum,
 neque vindictam sumas de peccatis nostris.
 (T.P. Alleluia).

PRÆPARATIO AD MISSAM

Missale Romanum
 anno 1969 promulgatum (Editio Typica Tertia 2002)



Psalmus 83

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum :
 * concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.
 Cor meum, et caro mea
 * exsultaverunt in Deum vivum.
 Etenim passer invenit sibi domum :
 * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.
 Altaria tua, Domine virtutum :
 * Rex meus, et Deus meus.
 Beati, qui habitant in domo tua, Domine :
 * in sæcula sæculorum laudabunt te.
 Beatus vir, cuius est auxilium abs te :
 * ascensiones in corde suo disposuit,
in valle lacrimarum,
in loco quem posuit.
 Etenim benedictionem dabit legislator,
 ibunt de virtute in virtutem :

* videbitur Deus deorum in Sion.
 Domine, Deus virtutum, exaudi orationem meam :
 * auribus percipe, Deus Iacob.
 Protector noster, aspice, Deus :
 * et respice in faciem Christi tui :
 Quia melior est dies una in atriis tuis,
 * super milia.
 Elegi abiectus esse in domo Dei mei :
 * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
 Quia misericordiam, et veritatem diligit Deus :
 * gratiam et gloriam dabit Dominus.
 Non privabit bonis eos,
 qui ambulant in innocentia :
 * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.
 Gloria Patri.



Psalmus 84

Benedixisti, Domine, terram tuam :
 * avertisti captivitatem Iacob.
 Remisisti iniquitatem plebis tuæ :
 * operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam :
 * avertisti ab ira indignationis tuæ.
 Converte nos, Deus, salutaris noster :
 * et averte iram tuam a nobis.
 Numquid in æternum irasceris nobis ?
 * aut extendes iram tuam a generatione in generationem ?
Deus, tu conversus vivificabis nos :
 * et plebs tua lætabitur in te.
 Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam :
 * et salutare tuum da nobis.
 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus :



* quoniam loquetur pacem in plebem suam.
 Et super sanctos suos :
 * et in eos, qui convertuntur ad cor.
Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius :
 * ut inhabitet gloria in terra nostra.
 Misericordia, et veritas obviaverunt sibi :
 * iustitia, et pax osculatæ sunt.
 Veritas de terra orta est :
 * et iustitia de cælo prospexit.
 Etenim Dominus dabit benicitatem :
 * et terra nostra dabit fructum suum.
 Iustitia ante eum ambulabit :
 * et ponet in via gressus suos.
 Gloria Patri.



Psalmus 85

Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me :
 * quoniam inops, et pauper sum ego.
 Custodi animam meam, quoniam sanctus sum :
 * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.
 Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die :
 * lætifica animam servi tui,
 quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.
 Quoniam tu, Domine, suavis, et mitis :
 * et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.
 Auribus percipe, Domine, orationem meam :
 * et intende voci deprecationis meæ.
 In die tribulationis meæ clamavi ad te :
 * quia exaudisti me.
 Non est similis tui in diis, Domine,
 * et non est secundum opera tua.
 Omnes gentes quascumque fecisti, venient,



et adorabunt coram te, Domine :
 * et glorificabunt nomen tuum.
 Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia :
 * tu es Deus solus.
Deduc me, Domine, in via tua,
 et ingrediar in veritate tua :
 * lætetur cor meum
 ut timeat nomen tuum.
 Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo,
 * et glorificabo nomen tuum in æternum :
 Quia misericordia tua magna est super me :
 * et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
 Deus, iniqui insurrexerunt super me,
 et synagoga potentium quæsierunt animam meam :
 * et non proposuerunt te in conspectu suo.
 Et tu, Domine, Deus miserator et misericors,
 * patiens, et multæ misericordiæ, et verax,
 Respice in me, et miserere mei,
 * da imperium tuum puerō tuo :
 et salvum fac filium ancillæ tuæ.
 Fac mecum signum in bonum,
 ut videant qui oderunt me, et confundantur :
 * quoniam tu, Domine, adiuvisti me, et consolatus es me.
 Gloria Patri.



Psalmus 115

Credidi, propter quod locutus sum :
 * ego autem humiliatus sum nimis.
 Ego dixi in excessu meo :
 * Omnis homo mendax.
 Quid retribuam Domino,
 * pro omnibus, quæ retribuit mihi ?



Calicem salutaris accipiam :
 * et nomen Domini invocabo.
 Vota mea Domino reddam
 coram omni populo eius :
 * pretiosa in conspectu Domini
 mors sanctorum eius :
 O Domine, quia ego servus tuus :
 * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.
 Dirupisti vincula mea :
 * tibi sacrificabo hostiam laudis,
 et nomen Domini invocabo.
 Vota mea Domino reddam
in conspectu omnis populi eius :
 * in atriis domus Domini,
 in medio tui, Ierusalem.
 Gloria Patri.



Psalmus 129

De profundis clamavi ad te, Domine :
 * Domine, exaudi vocem meam :
 Fiant aures tuæ intendentes,
 * in vocem deprecationis meæ.
 Si iniquitates observaveris, Domine :
 * Domine, quis sustinebit ?
 Quia apud te propitiatio est :
 * et propter legem tuam
 sustinui te, Domine.
 Sustinuit anima mea in verbo eius :
 * speravit anima mea in Domino.
A custodia matutina usque ad noctem :
 * speret Israel in Domino.
 Quia apud Dominum misericordia :



GENUFLEXI

* et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel,
* ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri.

Deinde repetitur

Ant. Ne reminiscaris,
* Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum,
neque vindictam sumas de peccatis nostris.
(T.P. Alleluia).

Postea Sacerdos dicit :

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster.

V/. Et ne nos inducas in temptationem.

R/. Sed libera nos a malo.

V/. Ego dixi : Domine, miserere mei.

R/. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

V/. Converte, Domine, aliquantulum.

R/. Et deprecare super servos tuos.

V/. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

R/. Quemadmodum speravimus in te.

V/. Sacerdotes tui induantur iustitiam.

R/. Et Sancti tui exsultent.

V/. Ab occultis meis munda me, Domine.

R/. Et ab alienis parce servo tuo.

V/. Domine, exaudi orationem meam.

R/. Et clamor meus ad te veniat.

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

GENUFLEXI



Oremus.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum : ut tuis mysteriis digne ministrare, teque æterna caritate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum : purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri ; ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum,
Domine: ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet : et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus, Domine, virtus Spiritus Sancti : quæ et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere ; et de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæsumus, Domine, visitando purifica : ut veniens Dominus noster Iesus Christus, Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem :

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R/. Amen.



Oratio Sancti Ambrosii ante Missam.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Iesu Christe,
ego peccator de propriis meis meritis nihil præsumens,
sed de tua confidens misericordia et bonitate,
accedere vereor et contremisco.

Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum,
mentem et linguam non caute custoditam.

Ergo, o pia Deitas, o tremenda maiestas,
ego miser, inter angustias deprehensus,
ad te fontem misericordiæ recurro,
ad te festino sanandus,
sub tuam protectionem fugio ;
et, quem Iudicem sustinere nequeo,
Salvatorem habere suspiro.

Tibi, Domine, plagas meas ostendo,
tibi verecundiam meam detego.

Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo ;
spero in misericordias tuas, quarum non est numerus.

Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ,
Domine Iesu Christe, Rex æterne, Deus et homo,
crucifixus propter hominem.

Exaudi me sperantem in te :
miserere meipleni miseriis et peccatis,
tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis.

Salve, salutaris victima,
pro me et omni humano genere in patibulo Crucis oblata.

Salve, nobilis et pretiose Sanguis,
de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens,
et peccata totius mundi abluens.

Oratio S. Ambrosii

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Iesu Christe,
ego peccator de propriis meis meritis nihil præsumens,
sed de tua confidens misericordia et bonitate,
accedere vereor et contremisco.

Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum,
mentem et linguam non caute custoditam.

Ergo, o pia Deitas, o tremenda maiestas,
ego miser, inter angustias deprehensus,
ad te fontem misericordiæ recurro,
ad te festino sanandus,
sub tuam protectionem fugio ;
et, quem Iudicem sustinere nequeo,
Salvatorem habere suspiro.

Tibi, Domine, plagas meas ostendo,
tibi verecundiam meam detego.

Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo :
spero in misericordias tuas, quarum non est numerus.

Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ,
Domine Iesu Christe, Rex æterne, Deus et homo,
crucifixus propter hominem.

Exaudi me sperantem in te :
miserere meipleni miseriis et peccatis,
tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis.

Salve, salutaris victima,
pro me et omni humano genere in patibulo Crucis oblata.

Salve, nobilis et pretiose Sanguis,
de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens,
et peccata totius mundi abluens.

GENUFLEXI

Recordare, Domine, creaturæ tuæ,
quam tuo Sanguine redemisti.

Pænitet me peccasse,
cupio emendare quod feci.

Aufer ergo a me, clementissime Pater,
omnes iniquitates et peccata mea ;
ut, purificatus mente et corpore,
digne degustare merear Sancta sanctorum.

Et concede, ut hæc sancta prælibatio Corporis et Sanguinis tui,
quam ego indignus sumere intendo,
sit peccatorum meorum remissio,
sit delictorum perfecta purgatio,
sit turpium cogitationum effugatio
ac bonorum sensuum regeneratio,
operumque tibi placentium salubris efficacia,
animæ quoque et corporis
contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio.
Amen.

Oratio Sancti Thomæ Aquinatis.

Omnipotens sempiterne Deus,
ecce, accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui,
Domini nostri Iesu Christi ;
accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ,
immundus ad fontem misericordiæ,
cæcus ad lumen claritatis æternæ,
pauper et egenus ad Dominum cæli et terræ.

Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam,
quatenus meam curare digneris infirmitatem,
lavare fœditatem, illuminare cæcitatem,
ditare paupertatem, vestire nuditatem ;

GENUFLEXI

Recordare, Domine, creaturæ tuæ,
quam tuo Sanguine redemisti.

Pænitet me peccasse,
cupio emendare quod feci.

Aufer ergo a me, clementissime Pater,
omnes iniquitates et peccata mea ;
ut, purificatus mente et corpore,
digne degustare merear Sancta sanctorum.

Et concede, ut hæc sancta prælibatio Corporis et Sanguinis tui,
quam ego indignus sumere intendo,
sit peccatorum meorum remissio,
sit delictorum perfecta purgatio,
sit turpium cogitationum effugatio
ac bonorum sensuum regeneratio,
operumque tibi placentium salubris efficacia,
animæ quoque et corporis
contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio.
Amen.

Oratio S. Thomæ de Aquino

Omnipotens sempiterne Deus,
ecce, accedo ad sacramentum unigeniti Filii tui,
Domini nostri Iesu Christi :
accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ,
immundus ad fontem misericordiæ,
cæcus ad lumen claritatis æternæ,
pauper et egenus ad Dominum cæli et terræ.

Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam,
quatenus meam curare digneris infirmitatem,
lavare fœditatem, illuminare cæcitatem,
ditare paupertatem, vestire nuditatem ;

GENUFLEXI

ut panem Angelorum,
Regem regum et Dominum dominantium,
tanta suscipiam reverentia et humilitate,
tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide,
tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ.

Da mihi, quæso, Dominici Corporis et Sanguinis
non solum suscipere sacramentum,
sed etiam rem et virtutem sacramenti.

O mitissime Deus,
da mihi Corpus unigeniti Filii tui, Domini nostri Iesu Christi,
quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere,
ut corpori suo mystico merear incorporari,
et inter eius membra connumerari.

O amantissime Pater,
concede mihi dilectum Filium tuum,
quem nunc velatum in via suscipere propono,
revelata tandem facie perpetuo contemplari :

Qui tecum vivit et regnat in
unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia
sæcula sæculorum.
Amen.

GENUFLEXI

ut panem Angelorum,
Regem regum et Dominum dominantium,
tanta suscipiam reverentia et humilitate,
tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide,
tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ.

Da mihi, quæso, Dominici Corporis et Sanguinis
non solum suscipere sacramentum,
sed etiam rem et virtutem sacramenti.

O mitissime Deus,
da mihi Corpus unigeniti Filii tui, Domini nostri Iesu Christi,
quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere,
ut corpori suo mystico merear incorporari,
et inter eius membra connumerari.

O amantissime Pater,
concede mihi dilectum Filium tuum,
quem nunc velatum in via suscipere propono,
revelata tandem facie perpetuo contemplari :

Qui tecum vivit et regnat in
◀
sæcula sæculorum.
Amen.

Oratio ad B. Mariam Virginem ante Missam.

O Mater pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria,
 ego miser et indignus peccator
 ad te configio toto corde et affectu ;
 et precor pietatem tuam,
 ut, sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti astitisti,
 ita et mihi, misero peccatori, et sacerdotibus omnibus,
 hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus,
 clementer assistere digneris,
 ut, tua gratia adiuti,
 dignam et acceptabilem hostiam
 in conspectu summæ et individuæ Trinitatis offerre valeamus.

R/. Amen.

Preces ad Sanctum Ioseph.

O felicem virum, beatum Ioseph, cui datum est, Deum, quem
 multi reges voluerunt videre et non viderunt, audire et non
 audierunt, non solum videre et audire, sed portare, deosculari,
 vestire et custodire!

V/. Ora pro nobis, beate Ioseph.

R/. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, qui dedisti nobis regale sacerdotium : præsta,
 quæsumus ; ut, sicut beatus Ioseph unigenitum Filium tuum,
 natum ex Maria Virgine, suis manibus reverenter tractare
 meruit et portare, ita nos facias cum cordis munditia et operis
 innocentia tuis sanctis altaribus deservire, ut sacrosanctum
 Filii tui Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in
 futuro sæculo præmium habere mereamur æternum. Per
 eundem Christum, Dominum nostrum.

R/. Amen.

Oratio ad beatam Mariam Virginem

O Mater pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria,
 ego miser et indignus peccator
 ad te configio toto corde et affectu,
 et precor pietatem tuam,
 ut, sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti astitisti,
 ita et mihi, misero peccatori, et sacerdotibus omnibus,
 hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus,
 clementer assistere digneris,
 ut, tua gratia adiuti,
 dignam et acceptabilem hostiam
 in conspectu summæ et individuæ Trinitatis offerre valeamus.
 Amen.



Oratio ad omnes Angelos et Sanctos.

Angeli, Archangeli, Throni,
Dominationes, Principatus, Potestates,
Virtutes cælorum, Cherubim atque Seraphim,
omnes Sancti et Sanctæ Dei,
præsertim Patroni mei,
intercedere dignemini pro me,
ut hoc sacrificium Deo omnipotenti digne valeam offerre,
ad laudem et gloriam nominis sui et
ad utilitatem meam totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

**R/. Amen.****Oratio ad Sanctum, in cuius honorem Missa celebratur.**

O sancte N., ecce, ego miser peccator, de tuis meritis confitus, ↫
offerro nunc sacratissimum sacramentum Corporis et
Sanguinis Domini nostri Iesu Christi pro tuo honore et gloria.
Pecor te humiliter et devote, ut pro me hodie intercedere
digneris, ut tantum sacrificium digne et acceptabiliter offerre
valeam, ut eum tecum et cum omnibus electis eius æternaliter
laudare, atque cum eo regnare valeam : Qui vivit et regnat in
sæcula sæculorum.

R/. Amen.

Formula intentionis ante Missam.

Ego volo celebrare Missam,
et confidere Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi,
iuxta ritum sanctae Romanæ Ecclesiæ,
ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curiæ triumphantis,
ad utilitatem meam totiusque Curiæ militantis,
pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis
in genere et in specie,
et pro felici statu sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

R/. Amen.

Gaudium cum pace,
emendationem vitæ, spatum veræ pænitentiæ,
gratiam et consolationem Sancti Spiritus,
perseverantiam in bonis operibus
tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.

R/. Amen.

Formula intentionis ante Missam

Ego volo celebrare Missam,
et confidere Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi,
iuxta ritum sanctae Romanæ Ecclesiæ,
ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curiæ triumphantis,
ad utilitatem meam totiusque Curiæ militantis,
pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis
in genere et in specie,
et pro felici statu sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
Amen.

Gaudium cum pace,
emendationem vitæ, spatum veræ pænitentiæ,
gratiam et consolationem Sancti Spiritus,
perseverantiam in bonis operibus
tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.
Amen.

PÆNITENTIARIA APOSTOLICA**Decretum *Enchiridion Indulgentiarum. Normae et concessione* (16 Iulii 1999)**
Quarto editur, 2004

Conc. 25, 1° : «*Partialis indulgentia* conceditur christifideli qui, spiritu filialis devotionis, pro Summo Pontifice aliquam precem legitime adprobatam pie recitaverit (e.g. *Oremus pro Pontifice*)».

Oremus pro Pontifice

V/. Oremus pro Pontifice nostro N.

R/. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Conc. 20 : «*Partialis indulgentia* conceditur christifideli qui orationem *Sancti Apostoli Petre et Paule* devote recitaverit».

Sancti Apostoli Petre et Paule

Sancti Apostoli Petre et Paule, intercedite pro nobis.

Protege, Domine, populum tuum ; et Apostolorum tuorum Petri et Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Domine, fiat unitas mentium in veritate et unitas cordium in caritate.
Dignare me laudare te, Virgo sacra ; da mihi virtutem contra hostes tuos.

PÆNITENTIARIA APOSTOLICA

Decretum *Enchiridion Indulgentiarum. Normae et concessionē* (16 Iulii 1999)
Quarto editur, 2004

Conc. 8 § 2. 2° : «*Partialis indulgentia* conceditur christifideli qui, qualibet pia formula legitime adprobata, elicuerit gratiarum actionem post communionem (e.g. *Anima Christi; En ego, o bone et dulcissime Iesu*)».

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

Missale Romanum
 anno 1962 promulgatum (Editio princeps 1570)

Ant. Trium puerorum

* cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis,
 benedicentes Dominum.

(T.P. Alleluia).

Canticum Trium Puerorum

Dan. 3, 57-88 et 56

Benedicite, omnia opera Domini, Domino :

* laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite, Angeli Domini, Domino :

* benedicite, cæli, Domino.

Benedicite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino :

* benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.

Benedicite, sol et luna, Domino :

* benedicite, stellæ cæli, Domino.

Benedicite, omnis imber et ros, Domino :

* benedicite, omnes spiritum Dei, Domino.

Benedicite, ignis et æstus, Domino :

* benedicite, frigus et æstus, Domino.

Benedicite, rores et pruina, Domino :

* benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, glacies et nives, Domino :

* benedicite, noctes et dies, Domino :

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

Missale Romanum
 anno 1969 promulgatum (Editio Typica Tertia 2002)



GENUFLEXI

GENUFLEXI

Benedicite, lux et tenebræ, Domino :

* benedicite, fulgura et nubes, Domino.

Benedicat terra Dominum :

* laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite, montes et colles. Domino :

* benedicite, universa germinantia in terra, Domino.

Benedicite, fontes, Domino :

* benedicite, maria et flumina, Domino.

Benedicite, cete, et omnia, quæ moventur in aquis, Domino :

* benedicite, omnes volucres cæli. Domino.

Benedicite, omnes bestiæ et pecora. Domino :

* benedicite, filii hominum, Domino.

Benedicat Israel Dominum :

* laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini. Domi

* benedicite servi Domini. Domino.

Benedicte spiritus et animæ iustorum Domin

* benedicte sancti et humiles corde

Benedicite Anania Azaria Misael Domino:

* laudate et superexaltate eum in sæcula

Raudate et supererat ante eum in secula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sanctis

* laudemus et superexalteamus eum in sæcula.
Benedictus es, Domine, in firmamento cæli :
* et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Psalmus 150

Laudate Dominum in sanctis eius :

* laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius :

* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

GENUFLEXI

GENUFLEXI

Laudate eum in sono tubæ :

* laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro :

* laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus :

laudate eum in cymbalis iubilationis :

* omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri.

Deinde repetitur

Ant. Trium puerorum

* cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis,
benedicentes Dominum.

(T.P. Alleluia).

Postea Sacerdos dicit :

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster.

V/. Et ne nos inducas in temptationem.

R/. Sed libera nos a malo.

V/. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua.

R/. Et sancti tui benedicant tibi.

V/. Exsultabunt Sancti in gloria.

R/. Laetabuntur in cubilibus suis.

V/. Non nobis, Domine, non nobis.

R/. Sed nomini tuo da gloriam.

V/. Domine, exaudi orationem meam.

R/. Et clamor meus ad te veniat.

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.



Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flamas ignium : concede propitius ; ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni et adiuvando prosequere : ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepita finiatur.

Da nobis, quæsumus, Domine, vitiorum nostrorum flamas extinguere : qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum, Dominum nostrum.

R/. Amen.

Oratio Sancti Thomæ Aquinatis.

Gratias tibi ago,
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,
qui me peccatorem, indignum famulum tuum,
nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ
satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui,
Domini nostri Iesu Christi.

Et precor, ut hæc sancta communio
non sit mihi reatus ad poenam,
sed intercessio salutaris ad veniam.

Sit mihi armatura fidei et scutum bonæ voluntatis.

Sit vitiorum meorum evacuatio,
concupiscentiæ et libidinis exterminatio,
caritatis et patientiæ, humilitatis et obœdientiæ,
omniumque virtutum augmentatio :
contra insidias inimicorum omnium,
tam visibilium quam invisibilium, firma defensio :
motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium,
perfecta quietatio :
in te uno ac vero Deo firma adhæsio ;



Oratio Sancti Thomæ Aquinatis

Gratias tibi ago,
Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,
qui me peccatorem, indignum famulum tuum,
nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ
satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui,
Domini nostri Iesu Christi.

Et precor, ut hæc sancta communio
non sit mihi reatus ad poenam,
sed intercessio salutaris ad veniam.

Sit mihi armatura fidei, et scutum bonæ voluntatis.

Sit vitiorum meorum evacuatio,
concupiscentiæ et libidinis exterminatio,
caritatis et patientiæ, humilitatis et obœdientiæ,
omniumque virtutum augmentatio :
contra insidias inimicorum omnium,
tam visibilium quam invisibilium, firma defensio :
motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium,
perfecta quietatio :
in te uno ac vero Deo firma adhæsio,

GENUFLEXI

atque finis mei felix consummatio.
Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium
me peccatorem perducere digneris,
ubi tu cum Filio tuo et Spiritu Sancto
Sanctis tuis es lux vera, satietas plena,
gaudium sempiternum,
iucunditas consummata et felicitas perfecta.
Per eundem Christum, Dominum nostrum.
Amen.

GENUFLEXI

atque finis mei felix consummatio.
Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium
me peccatorem perducere digneris,
ubi tu, cum Filio tuo et Spiritu Sancto,
Sanctis tuis es lux vera, satietas plena,
gaudium sempiternum,
iucunditas consummata et felicitas perfecta.
Per ← Christum, Dominum nostrum.
Amen.

Alia Oratio.

Transfige, dulcissime Domine Iesu, medullas et viscera animæ ↪
meæ suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera
serenaque et apostolica sanctissima caritate, ut langueat et
liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui ; te
concupiscat et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi et esse
tecum.

Da, ut anima mea te esuriat, panem Angelorum, refectionem
animarum sanctorum, panem nostrum cotidianum,
supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem
et omne delectamentum suavitatis.

Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat et
comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera
animæ meæ ; te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ et
scientiæ, fontem æterni luminis, torrentem voluptatis,
ubertatem domus Dei.

Te semper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te
perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in
laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione,
cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum
perseverantia usque in finem ;

ut tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, ↪
 delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies et
 tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor meus, dulcedo
 mea, cibus meus, refectione mea, refugium meum, auxilium
 meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus
 meus, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata
 mens mea et cor meum. Amen.

Rhythmus Sancti Thomæ Aquinatis.

Adoro te devote, latens Deitas,
 Quæ sub his figuris vere latitas :
 Tibi se cor meum totum subiicit,
 Quia, te contemplans, totum deficit.

Visus, tactus, gustus in te fallitur,
 Sed auditu solo tuto creditur :
 Credo, quidquid dixit Dei Filius,
 Nil hoc verbo Veritatis verius.

In Cruce latebat sola Deitas,
 At hic latet simul et humanitas ;
 Ambo tamen credens atque confitens,
 Peto, quod petivit latro pænitens.

Plagas, sicut Thomas, non intueor,
 Deum tamen meum te confiteor :
 Fac me tibi semper magis credere,
 In te spem habere, te diligere.

O memoriale mortis Domini,
 Panis vivus, vitam præstans homini,
 Præsta meæ menti de te vivere,
 Et te illi semper dulce sapere.



Pie pellicane, Iesu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine,
Cuius una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.

Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro, fiat illud, quod tam sitio :
Ut, te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

Aspiraciones ad Ss.mum Redemptorem.

Anima Christi, sanctifica me.
Corpus Christi, salva me.
Sanguis Christi, inebria me.
Aqua lateris Christi, lava me.
Passio Christi, conforta me.
O bone Iesu, exaudi me.
Intra tua vulnera absconde me.
Ne permittas me separari a te.
Ab hoste maligno defende me.
In hora mortis meæ voca me.
Et iube me venire ad te,
ut cum Sanctis tuis laudem te
in sæcula sæculorum. Amen.

Oblatio sui.

Suscipe, Domine, universam meam libertatem.
Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem.
Quidquid habeo vel possideo, mihi largitus es :
id tibi totum restituo,
ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum.
Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones,
et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco. Amen.




Aspiraciones ad Ss.mum Redemptorem

Anima Christi, sanctifica me.
Corpus Christi, salva me.
Sanguis Christi, inebria me.
Aqua lateris Christi, lava me.
Passio Christi, conforta me.
O bone Iesu, exaudi me.
Intra tua vulnera absconde me.
Ne permittas me separari a te.
Ab hoste maligno defende me.
In hora mortis meæ voca me.
Et iube me venire ad te,
ut cum Sanctis tuis laudem te
in sæcula sæculorum. Amen.

Oblatio sui


Suscipe, Domine, universam meam libertatem.
Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem.
Quidquid habeo vel possideo, mihi largitus es :
id tibi totum restituo,
ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum.
Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones,
et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco. ←

Oratio ad D.N.I.C. Crucifixum.



En ego, o bone et dulcissime Iesu,
ante conspectum tuum genibus me provollo
ac maximo animi ardore te oro atque obtestor,
ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus,
atque veram peccatorum meorum pænitentiam,
eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere ;
dum magno animi affectu et dolore
tua quinque vulnera mecum ipse considero
ac mente contemplore,
illud præ oculis habens,
quod iam in ore ponebat tuo David Propheta de te,
o bone Iesu :
Foderunt manus meas et pedes meos ;
dinumeraverunt omnia ossa mea. (*Ps. 21, 17 et 18*)

Oratio ad D. N. Iesum Christum crucifixum



En ego, o bone et dulcissime Iesu,
ante conspectum tuum genibus me provollo,
ac maximo animi ardore te oro atque obtestor,
ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus,
atque veram peccatorum meorum pænitentiam,
eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere ;
dum magno animi affectu et dolore
tua quinque vulnera mecum ipse considero
ac mente contemplore,
illud præ oculis habens,
quod iam in ore ponebat tuo David propheta de te,
o bone Iesu :
«Foderunt manus meas et pedes meos :
dinumeraverunt omnia ossa mea» (*Ps 21, 17*).

Oratio universalis

sub nomine Clementis Pp. XI vulgata.

Credo Domine, sed credam firmius ;
 spero, sed sperem securius ;
 amo, sed amem ardentius ;
 doleo, sed doleam vehementius.

Adoro te ut primum principium ;
 desidero ut finem ultimum ;
 laudo ut benefactorem perpetuum ;
 invoco ut defensorem propitium.

Tua me sapientia dirige,
 iustitia contine, clementia solare,
 potentia protege.

Offero tibi, Domine cogitanda, ut sint ad te ;
 dicenda, ut sint de te ;
 facienda, ut sint secundum te ;
 ferenda, ut sint propter te.

Volo quidquid vis, volo quia vis,
 volo quomodo vis,
 volo quamdiu vis.

Oro, Domine ; intellectum illumines,
 voluntatem inflammes,
 cor emundes, animam sanctifies.

Defleam præteritas iniquitates,
 repellam futuras tentationes,
 corrigam vitiosas propensiones,
 excolam idoneas virtutes.

Tribue mihi, bone Deus, amorem tui, odium mei,
 zelum proximi, contemptum mundi.

Oratio universalis

sub nomine Clementis Pp. XI vulgata.

Credo Domine, sed credam firmius ;
 spero, sed sperem securius ;
 amo, sed amem ardentius ;
 doleo, sed doleam vehementius.

Adoro te ut primum principium ;
 desidero ut finem ultimum ;
 laudo ut benefactorem perpetuum ;
 invoco ut defensorem propitium.

Tua me sapientia dirige,
 iustitia contine, clementia solare,
 potentia protege.

Offero tibi, Domine cogitanda, ut sint ad te ;
 dicenda, ut sint de te ;
 facienda, ut sint secundum te ;
 ferenda, ut sint propter te.

Volo quidquid vis, volo quia vis,
 volo quomodo vis,
 volo quamdiu vis.

Oro, Domine ; intellectum illumines,
 voluntatem inflammes,
 cor emundes, animam sanctifies.

Defleam præteritas iniquitates,
 repellam futuras tentationes,
 corrigam vitiosas propensiones,
 excolam idoneas virtutes.

Tribue mihi, bone Deus, amorem tui, odium mei,
 zelum proximi, contemptum mundi.

GENUFLEXI

Studeam superioribus obœdire,
inferioribus subvenire,
amicis consulere, inimicis parcere.

Vincam voluptatem austерitatem,
avaritiam largitatem, iracundiam lenitatem,
tepiditatem fervore.

Redde me prudentem in consiliis,
constantem in periculis, patientem in adversis,
humilem in prosperis.

Fac, Domine, ut sim in oratione attentus,
in epulis sobrius,
in munere sedulus, in proposito firmus.

Curem habere innocentiam interiorem,
modestiam exteriorem,
conversationem exemplarem,
vitam regularem.

Assidue invigilem naturæ domandæ,
gratiæ fovendæ, legi servandæ,
saluti promerendæ.

Discam a te quam tenue quod terrenum,
quam grande quod divinum,
quam breve quod temporaneum,
quam durabile quod æternum.

Da ut mortem præveniam,
iudicium pertimeam,
infernum effugiam, paradisum obtineam.
Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

GENUFLEXI

Studeam superioribus obœdire,
inferioribus subvenire,
amicis consulere, inimicis parcere.

Vincam voluptatem austерitatem,
avaritiam largitatem, iracundiam lenitatem,
tepiditatem fervore.

Redde me prudentem in consiliis,
constantem in periculis, patientem in adversis,
humilem in prosperis.

Fac, Domine, ut sim in oratione attentus,
in epulis sobrius,
in munere sedulus, in proposito firmus.

Curem habere innocentiam interiorem,
modestiam exteriorem,
conversationem exemplarem,
vitam regularem.

Assidue invigilem naturæ domandæ,
gratiæ fovendæ, legi servandæ,
saluti promerendæ.

Discam a te quam tenue quod terrenum,
quam grande quod divinum,
quam breve quod temporaneum,
quam durabile quod æternum.

Da ut mortem præveniam,
iudicium pertimeam,
infernum effugiam, paradisum obtineam.
Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

Alia Oratio.

Obsecro te, dulcissime Domine Iesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar ; vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter ; aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum ; mors tua sit mihi vita indeficiens, Crux tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exsultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

**Oratio ad B. Mariam Virginem.**

O Maria, Virgo et Mater sanctissima,
ecce, suscepি dilectissimum Filium tuum,
quem immaculato utero tuo concepisti,
genuisti, lactasti, atque suavissimis amplexibus strinxisti.
Ecce, cuius aspectu lætabaris et omnibus deliciis replebaris,
illum ipsum tibi humiliter et amanter repræsento et offero
tuis brachiis constringendum, tuo corde amandum,
sanctissimæque Trinitati in supremum latræ cultum,
pro tui ipsius honore et gloria
et pro meis totiusque mundi necessitatibus, offerendum.
Rogo ergo te, piissima Mater,
impetra mihi veniam omnium peccatorum meorum,
uberemque gratiam ipsi deinceps fidelius serviendi,
ac denique gratiam finalem,
ut eum tecum laudare possim per omnia sæcula sæculorum.
Amen.

Oratio ad beatam Mariam Virginem

O Maria, Virgo et Mater sanctissima,
ecce, suscepি dilectissimum Filium tuum,
quem immaculato utero tuo concepisti,
genuisti, lactasti atque suavissimis amplexibus strinxisti.
Ecce, cuius aspectu lætabaris et omnibus deliciis replebaris,
illum ipsum tibi humiliter et amanter repræsento et offero,
tuis brachiis constringendum, tuo corde amandum,
sanctissimæque Trinitati in supremum latræ cultum,
pro tui ipsius honore et gloria
et pro meis totiusque mundi necessitatibus, offerendum.
Rogo ergo te, piissima Mater,
impetra mihi veniam omnium peccatorum meorum,
uberemque gratiam ipsi deinceps fidelius serviendi,
ac denique gratiam finalem,
ut eum tecum laudare possim per omnia sæcula sæculorum.
Amen.

Oratio ad Sanctum Ioseph.

Virginum custos et pater, sancte Ioseph, cuius fideli custodiæ ←
 ipsa Innocentia Christus Iesus et Virgo virginum Maria
 commissa fuit : te per hoc utrumque carissimum pignus Iesum
 et Mariam obsecro et obtestor, ut me, ab omni immunditia
 præservatum, mente incontaminata, puro corde et casto
 corpore Iesu et Mariæ semper facias castissime famulari.
 Amen.

Oratio ad Sanctum

in cuius honorem Missa celebrata est.

Sancte N., in cuius honorem incruentum Corporis et Sanguinis ↵
 Christi sacrificium obtuli, fac, tua potenti apud Deum
 intercessione, ut, usu huius mysterii, passionis et mortis
 eiusdem Christi Salvatoris nostri merita consequar, ac, cum
 illius frequentatione, continuo crescat meæ salutis effectus.
 Amen.

PÆNITENTIARIA APOSTOLICA

Decretum Enchiridion Indulgentiarum. Normae et concessionē (16 Iulii 1999)
Quarto editur, 2004

Conc. 25, 1° : «*Partialis indulgentia* conceditur christifideli qui, spiritu filialis devotionis, pro Summo Pontifice aliquam precem legitime adprobatam pie recitaverit (e.g. *Oremus pro Pontifice*)».

Conc. 20 : «*Partialis indulgentia* conceditur christifideli qui orationem *Sancti Apostoli Petre et Paule* devote recitaverit».

Oremus pro Pontifice

V/. Oremus pro Pontifice nostro N.

R/. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Sancti Apostoli Petre et Paule

Sancti Apostoli Petre et Paule, intercedite pro nobis.

Protege, Domine, populum tuum ; et Apostolorum tuorum Petri et Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Domine, fiat unitas mentium in veritate et unitas cordium in caritate.

Dignare me laudare te, Virgo sacra ; da mihi virtutem contra hostes tuos.

FONTIS

Missale Romanum, Editio princeps, 1570. Monumenta Liturgica Concilii Tridentini. 1998, Libreria Editrice Vaticana. Paperback, pp. 768. Language: Latin. ISBN: 88-209-2547-8.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=1287>

Missale Romanum anno 1962 promulgatum. Reimpressio, introductione aucta curantibus Cuthbert Johnson, O.S.B. & Anthony Ward, S.M., 1994, Centro Liturgico Vincenziano in 16°, pp. 1114. Language: Latin. ISBN: 88-85918-90-5.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=29584>

Messale gregoriano delle domeniche e delle feste. A cura dei monaci di Solesmes. Italiano-Latino, 1996, Libreria Editrice Vaticana. Hardcover, pp. 750. Language: Latin. ISBN: 88-209-3944-4.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=20923>

Ordo missæ ad usum fidelium. Editio quarta. September 2004. Libreria Editrice Vaticana. Paperback, pp. 48. Language: Latin. ISBN: 88-209-1540-5.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=20734>

«Eucharistia: fons et culmen vitæ et missionis Ecclesiae», Lineamenta. Synodus Episcoporum, XI Cœtus Generalis Ordinarius, 2004.
http://www.vatican.va/roman_curia/synod/documents/rc_synod_doc_20040528_lineamenta-xi-assembly_lt.html

Enchiridion indulgentiarum. Normae et concessiones Editio quarta, 2004. Libreria Editrice Vaticana. Hardcover, 136. Language: Latin. ISBN: 88-209-2785-3.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=1263>

Novum Testamentum et psalterium. Cum Indice analytico-alphabetico et Appendice Precum. 17 December 2002, Libreria Editrice Vaticana. Hardcover, pp. 1184. Language: Latin. ISBN: 88-209-7384-7.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=29698>

Biblia Sacra Vetus Vulgata vol. X: Psalmi. Biblia Sacra iuxta latinam vulgatam versionem ad codicum fidem, iussu Pii PP. XI, Pii PP. XII, Ioannis PP. XXIII, Pauli PP. VI, Ioannis Pauli PP. II, cura et studio monachorum Abbatiae Pontificiae Sancti Hieronymi in Urbe Ordinis Sancti Benedicti edita. Textus ex interpretatione Sancti Hieronymi, 1953, Libreria Editrice Vaticana. Paperback, pp. 220. ISBN: 88-209-0711-9.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=20559>

Missale Romanum Editio Typica Tertia, 2002. Ex decreto Sacrosancti œcumenici Concilii Vaticanii II instauratum auctoritate Pauli PP. VI promulgatum Ioannis Pauli PP. II cura recognitum. 18 March 2002, Libreria Editrice Vaticana, pp. 1324. Language: Latin. ISBN: 88-209-7271-9.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=29403>

Institutio Generalis. Ex editione typica tertia Missalis Romani excepta, 2000. Libreria Editrice Vaticana, pp. 118. Language: Latin. ISBN: 88-209-7012-0.
<http://www.paxbook.com/algorithmiS/servusPrimus?iussum=monstraScriptumEditum&numerus=1362>



http://www.vatican.va/holy_father/benedict_xvi/index_sp.htm

Oremus pro Pontifice

V. Oremus pro Pontifice nostro N.

R. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Omnia quæ hic continentur,
sub auctoritate Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ ponuntur,
ad maiorem Dei gloriam, in unitate Sanctissimi Domini Nostri,
Benedictum XVI, Pontificis Maximi,
Defensoris atque Custodis Sanctæ Fidei Catholicæ,
cui sit pax, vita, et salus perpetua.



http://www.vatican.va/holy_father/index_sp.htm

Sancti Apostoli Petre et Paule

Sancti Apostoli Petre et Paule, intercedite pro nobis.

Protege, Domine, populum tuum ; et Apostolorum tuorum Petri et Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sancte Michael Archangele

Sancte Michael Archangele,
defende nos in prælio :
contra nequitiam et insidias diaboli
esto præsidium : Imperet illi Deus,
suplices deprecamur ;
tuque, Princeps militæ cælestis,
Satanam aliosque spiritus malignos,
qui ad perditionem animarum
pervagantur in mundo,
divina virtute in infernum detrude.

R. Amen.

8 Decembris 2006

«Gratis accepistis, gratis date» (Mt 10, 8).

Nicolás Martín Bayliss
nickmbayliss@yahoo.es

Domine, fiat unitas mentium in veritate et unitas cordium in caritate.
Dignare me laudare te, Virgo sacra ; da mihi virtutem contra hostes tuos.